

*l'édité
par l'auteur.
Dresde, A. IV. 14. rue de
Kreuzel 26^f*

DE CRATETIS MALLOTAE
STUDIIS CRITICIS
QUAE AD ODYSSEAM SPECTANT

SCRIPSIT
DR. PHIL. IOANNES HELCK
DRESDENSIS

BEIGABE ZUM JAHRESBERICHT
DES GYMNASIUMS ZUM HEILIGEN KREUZ IN DRESDEN
AUF DAS SCHULJAHR 1913/14.

1914. NR. 777.



CRATES MALLOTA, celeberrimus saeculi a. Chr. n. secundi grammaticus Pergamenus, quid in versibus Homericis et legendis et explanandis docuerit, ut viris doctis firmum stabilitumque fundamentum sit, compluribus ante annis scripsimus de Cratetis Mallotae studiis criticis, quae ad Iliadem spectant.¹⁾ Hoc in opere ut pergamus, nunc in eo est, ut pertractemus Cratetis studia critica, quae ad Odysseam spectant. 5

Praefationis loco dicamus nos hic id agere, ut et quid grammaticus Pergamenus in libris suis protulerit et quae auctoritas illius *χορυφαίου ἐν τῇ ἐπιστολήμῃ ταύτῃ* apud veteres viros doctos fuerit et quo iure verba Homeri mutaverit accurate demonstramus. Itaque ex eis fragmentis, quae ad Cratetis dogmata cosmographica, geographica, allegorica pertinent, separatim postea a nobis tractanda, ea tantum hoc loco allaturi sumus, quae ad Cratetis rationem criticam illustrandam 10 apta sunt.

Praeterea liceat adnotare nos in afferendis codicum varietatibus uti Odysseae editionibus La Roche, 1867. 1868; Ludwich, 1888. 1891; van Leeuwen. et da Costa, 1890. 1892. Merry. et Riddel., Oxford. 1886. l. I—XII. Monro., Oxford. 1901. l. XIII—XXIV.²⁾

Ut vero ei, qui legunt, sciant, quas Cratetis doctrinas ad Iliadem pertinentes in dissertatione 15 nostra tractaverimus, priore loco tabulam argumenti dissertationis addimus:

TABULA ARGUMENTI DISSERTATIONIS

A. Ad Iliadem spectant fragmenta:

- | | |
|--|----|
| I. De <i>BHΛOΣ</i> voce. A 591. O 23. p. 7. dissertationis. | |
| II. De litteris <i>ΑΣΠΙΛΑΕΟΣ</i> . A 754. p. 15. | 20 |
| III. De scriptura <i>ἐνῆμαρ</i> . M 25. p. 19. | |
| IV. De litterarum <i>ΗΡΥΜΝΗΣΙΝ</i> explicatione. Ξ 32. Quid statuerit de navalium Graecorum castrorum forma Crates. p. 21. | |
| V. De versu quodam suppletorio. Ξ 246 a. p. 29. | |
| VI. De scriptura <i>πάνι' α'</i> . O 189. p. 31. | 25 |
| VII. De Apollinis cognomine <i>ΗΙΟΣ</i> . O 365. Y 152. p. 35. | |
| VIII. De scriptura <i>οἱ ἤ δ'</i> . Σ 489 = ε 275. p. 40. | |
| IX. De scriptura <i>ἐλπιόονται</i> . T 357. p. 46. | |
| X. De versu <i>Φ</i> 195 servando. p. 47. | |
| XI. De scriptura <i>εἰλθένι' Φ</i> 282. p. 58. De voce <i>ψηφίδες</i> . Φ 260. p. 63. | 30 |
| XII. De explicatione litterarum <i>ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ</i> . Φ 323. p. 63. | |
| XIII. De scriptura <i>μελδομένου</i> . Φ 363. p. 66. | |
| XIV. De scriptura <i>ΛΗΙΟΝ</i> . Φ 558. p. 76. | |
| XV. De vocibus <i>κατηρόνες</i> et <i>κατηφέες</i> . Ω 253. p. 78. | |
| De duobus locis (<i>Θ</i> 513. I 464) ubi quid scripserit Crates latet. p. 80. | 35 |
| De rebus nonnullis perperam Crateti obtrusis. p. 81. | |
| Appendix: conspectus papyrorum <i>Ηiacarum</i> . p. 82. | |

¹⁾ Dissert. Lips. 1905; cf. recens. Ludwich., BphW. 1906 p. 1537 sqq.; Balsamo., Riv. di filol. 1907 p. 527; Tolkiehn., WklPh. 1907 p. 322. Afferam Wachsmuth., de Cratete Mallota, Lips. 1860; Philol. XVI 1860 p. 666; mus. Rhen. XLVI 1891 p. 552 sqq. Maass., Aratea (Kießling-Wilamowitz., Philol. Untersuch. 40 Fasc. XII) 1892. Reinhardt., de Graecorum theologia capita duo, Berol. 1910.

²⁾ Editionem Monro. et Allen. Oxford. 1908 ut in manibus haberemus, non contigit.

B. Ad Odysseam spectant fragmenta XVI—XXX, quae sequuntur:

FRAGMENTUM XVI

Neptunus iter instituit ad Aethiopes longe remotos

α 23 Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίεται ἔσχατοι ἀνδρῶν¹⁾
24 οἱ μὲν δυσσομένοι Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος

eo consilio, ut sacrificia eorum acciperet.

Agitur versus α 24, quem sic, ut scriptum exstat, omnes codices adhuc noti praebent²⁾; eadem verba et Apollonius Dyscolus, *περὶ συντάξεως* p. 92, 26 Bekk. = II p. 126, 3 Uhlig, et Plutarchus, qui dicitur, *περὶ βίου καὶ ποιήσεως Ὀμήρου* II cap. 54³⁾ legerunt. Papyri vero nondum exstant.

10 Sed Cratetem versus α 23/4 sic scribi iussisse

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίεται ἔσχατοι ἀνδρῶν
ἡμὲν δυσσομένου Ὑπερίονος ἢ δ' ἀνιόντος

scimus ex uno Strabone, qui his de versibus et in libro primo et altero *γεωγραφικῶν* disputavit⁴⁾. Scribit enim Strabo p. 46, 20 Kramer.: *φημὶ τοὺς γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντας ἐκείνου (scil. τοῦ ποιητοῦ) αἰσθάνεσθαι ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος τῶν κορυφαίων ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ· ἐπιόντος γὰρ τοῦ ποιητοῦ*.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίεται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
οἱ μὲν δυσσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος,
περὶ τοῦ ἐπιφερομένου ἔπος διαφέρονται, ὁ μὲν Ἀριστάρχος γράφων·
20 οἱ μὲν δυσσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος,
ὁ δὲ Κράτης·

ἡμὲν δυσσομένου Ὑπερίονος ἢ δ' ἀνιόντος.

Cur vero Crates Homeri versum mutaverit, Strabo his verbis nobis tradit: *προσκεισθαι δὲ τὸ „ἡμὲν δυσσομένου Ὑπερίονος ἢ δ' ἀνιόντος“, ὅτι τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὅστις αἰεὶ τῷ ἐν 25 τῇ γῆ ζωδιακῷ, τοῦτον δ' οὐκ ἐκβαίνοντος ἔξω † τῆν⁵⁾ Αἰθιοπῶν ἀμφοῖν τῇ λοξώσει, ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τοῦτω νοεῖσθαι, καὶ τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνειν ἄλλας ἄλλοις καὶ κατ' ἄλλα ἢ ἄλλα σημεῖα. — εἴρηκε μὲν οὕτως (scil. ὁ Κράτης) ἀστρονομικώτερον νομίσας. (Strab. I 2, 24. p. 47, 11 Kramer.)*

Ut vero accuratius cognoscatur, quid hoc loco Crates censuerit, versionem Germanicam
30 addamus necesse est: (Krates sagt, vom Dichter) sei dazugesetzt der Vers

„wo sowohl die Sonne hinabsinkt als auch heraufkommt“,

weil es, da der Tierkreis immer genau über dem Tierkreis auf der Erde sich befindet, dieser aber nicht hinausreicht außerhalb † (der heißen Zone in) das Land beider Aethiopen infolge seiner Schiefe, naturnotwendig ist, daß sowohl die Sonnenbahn (cf. Gemin., ed. Manit. p. 58, 5) ganz in dieser
35 Breite wahrgenommen wird als auch die Sonnenauf- und -untergänge eintreten als andre für andre

¹⁾ Hunc versum item afferunt Ephorus (Strab. I 2, 26. C. 33) et Herodianus (cf. Lentz. I p. 246, 20).

²⁾ Forma *δυσσομένου* ad nostram rem non pertinet.

³⁾ Hic auctor sua ex Aristarchi libris sumpsit: cf. Friedländer., *Ariston.* p. 6.

⁴⁾ I 2, 24. C. 30. I p. 46, 13 sqq. Kram.; II 3, 7. C. 103. I p. 154, 17 sqq. Kram.

40 ⁵⁾ τῆν ABCI superscr. τῶν Αἰθιοπῶν A, inde codd. deteriores. Cf. infra p. 5 l. 27. Hanc corruptelam Maass. in *Arateis* (Kießling-Wilamowitz., *Untersuchungen* XII 1892 p. 193) non curavit, tamen melius, quam Wachsmuthius olim fecit, quae inter se coniungenda sunt, composuit.

(= für welche so, für welche anders) ¹⁾ und in andern und immer wieder andern (d. h. in allen 12) Tierkreiszeichen. — (Krates) hat so erklärt, indem er (den Vers 24) mehr astronomisch auffaßte.

Ergo Crates censuit Homerum poetam, ut alibi (ad x 86. x 190. λ 14. cf. etiam ad Θ 478. K 394. Σ 488.) ²⁾, ita hoc loco, cum versum 24 adponeret, monstrare voluisse rationes astronomicas, quae his in regionibus essent, ubi Aethiopes dupliciter divisi habitarent. Sed quae sunt hae regiones? ⁵ Cratetis verbis inde ab *ἀνάγκη* usque ad *σημεία* a Strabone servatis accurate eae regiones designatae sunt, quae sub tropicis (i. e. vernacule „unter dem Sommer- und Winterwendekreis“) sitae sunt. Exinde apparet, quid grammaticus Pergamenus sibi voluerit illa sententia: *τὰς ἀνατολάς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνειν ἄλλας ἄλλοις*: sunt enim alii, qui sub nostro tropico terram incolunt, *ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἡλίου* tales, quales eveniunt sole ab australi parte revertente (*ἀνιόντος*), aliis, qui sub ¹⁰ australi tropico habitant, tales, quales fiunt sole abeunte (*δισσομένου*): idem igitur solis iter aliis aliud significat.

Componas velim, quae verba apud Geminum p. 174, 13 sqq. Manit. ante Cratetis verba leguntur: *δύο γὰρ Αἰθιοπίας ὑποληπτέον τῇ φύσει ὑπάρχειν, περὶ τε τὸν θερινὸν τροπικὸν τὸν παρ' ἡμῶν κύκλον περιουζούντων Αἰθιοπίων καὶ περὶ τὸν ἡμῶν μὲν χειμερινὸν τροπικὸν, ¹⁵ τοῖς δ' ἀντίποσι θερινόν. τοῦτο δὲ φασὶ Κράτης καὶ τὸν Ὀμηρον λέγειν, ἐν οἷς φησὶν α 23/4 (vulgata lectione). Quibuscum verbis conferas necesse est verba Gemini haec: *ὁ . . . παρ' ἡμῶν θερινὸς τροπικὸς κύκλος τοῖς ἀντίποσι χειμερινὸς τροπικὸς κύκλος γίνεται, ὁ δὲ παρ' ἐκείνοις θερινὸς τροπικὸς παρ' ἡμῶν γίνεται χειμερινὸς τροπικὸς*. (p. 56, 28 sqq. Manit.) ³⁾.*

Quam vero sententiam Crates protulerit his verbis *καὶ κατ' ἄλλα ἢ ἄλλα σημεῖα* ⁴⁾ et ²⁰ *τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τοῦτοῦ νοεῖσθαι*, manifestum erit, si quis legerit, quae Crates scripserit de regione Cimmeriorum vel Cerberiorum (λ 14) ⁵⁾: in hac terra ultima, quae sub arctico circulo est, ideo, quod sex tantum zodiaci signa super circulum, quem Graeci dicunt *ὀρίζοντα*, sunt, ἢ *πάροδος τοῦ ἡλίου* non omnis (*πᾶσα*), sed *διὰ τὴν φυσικὴν ἀνάγκην* dimidia tantum animadverti potest. En habes Cratetis doctrinae astronomicae summam: Terrae nostrae habitatae ²⁵ *πέριστα* (fines) incolunt sub circulo arctico et sub tropico nostro ultimi homines Cerberii et Aethiopes.

Sed priusquam ad Cratetis doctrinam cosmographicam, quam his Homeri versibus praeter astronomicam admovit, adibimus, verba Strabonis p. 4 l. 23 allata mendo liberanda sunt satis gravi, quod nos cruce supra notavimus. Statim manifestum est verbis *τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος αἰὲ τῷ ἐν τῇ γῆ ζωδιακῷ, τοῦτον δ' οὐκ ἐμβαίνοντος ἔξω † τὴν Αἰθιοπίων ἀμφοῖν τῇ λοξώσει* ³⁰ Cratetem zonam, quae vocatur usta, indicare voluisse; collatis vero verbis Gemini cap. V. p. 62, 2 et cap. VI. p. 80, 23 Manit. sequitur, ut zodiacus secundum mathematicorum doctrinam circulos tropicos attingat; ergo ex zona usta zodiacus non exit neque in terram Aethiopum intrat. Itaque supplementus haec: *τοῦτον δ' οὐκ ἐμβαίνοντος ἔξω (τῆς διακελευμένης ζώνης εἰς) τὴν Αἰθιοπίων ἀμφοῖν (γῆν) τῇ λοξώσει*. Primum aberraverat scriba oculis a vocabulo *τῆς* ad *τῆν*; tum *γῆν* propter ³⁵ verba similia *ἀμφοῖν* et *τῆ* excidit; denique, quae insunt superscripta in codice A et in codicibus deterioribus, conamina sunt, quibus medicina verbis mendo foedatis paretur, a nobis nunc spernenda.

Itaque affirmamus Cratetem docuisse Aethiopes usque ad zonam ustam habitare, sed eam non intrare. Qua ex re sequitur, ut non assentiamur Bergero, viro hac in disciplina optime merito, qui in libro suo *Geschichte der wissenschaftlichen Erdkunde der Griechen* 1903 ²⁾ p. 448 sqq. ⁴⁰ affirmarat, mendo illo in Strabonis verbis neglecto, Aethiopes secundum Cratetem in zona usta incolere.

¹⁾ d. h. die Bedeutung derselben Auf- und Untergänge ist für die verschiedenen Aethiopen astronomisch verschieden.

²⁾ Haec omnia fragmenta Crateteae astronomiae, quae inter se congruunt, postea mihi seorsim erunt tractanda. — cf. Wachsmuth., de Crat. Mall. p. 41. 42. 46. 49. 51. 55. et Maass., commentariorum in Arat. rell. 45 p. 29 sq.; Aratea, p. 193 sqq. — Postea Apio Cratetem hac in re secutus est: Maass., comment. p. 30, 11.

³⁾ De codicum varietatibus, quae nil ad nostram rem pertinent, v. Manit. p. 58. 175 in not. — Vide etiam Maass., Arat. p. 194.

⁴⁾ cf. similiter *ἄλλος καὶ ἄλλος* Xenoph. Cyr. IV 1, 15; Anab. I 5, 12.

⁵⁾ Gemin. *εἰσαγωγή*, cap. VI. edit. Manit. p. 74; Wachsmuth. p. 51. Vide infra p. 33 sqq.

Sed quod haec res digna est, quae a nobis quam accuratissime argumentis demonstratur, paulisper hac in re commorandum nobis est; tum omnibus persuasum erit, cum nostra sententia omnibus locis, quibus locis Cratetis his in rebus doctrina tradita est, comprobetur, non alios omnes locos secundum haec unius Strabonis mutila verba corrigendos esse, at Strabonis verba corrupta ipsa sananda esse, ita ut Bergeri sententiae fundamentum ademptum sit.

Considera igitur nobiscum primum quidem, quae valitura sint haec verba Strabonis ex ipso Cratetis libro exscripta: ὁ μὲν γὰρ (scil. Κράτης) ἀκολουθῶν τοῖς μαθηματικῶς λέγεσθαι δοκοῦσι, τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχευθαι φησιν ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ· παρ' ἐκτέρου δὲ ταύτης (scil. τῆς ζώνης διακεκαυμένης) εἶναι τὴν εὐκράτον, τὴν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἐπὶ θάλασσαν μέρος. Ὡσπερ οὖν οἱ παρ' ἡμῖν Αἰθίοπες οὗτοι λέγονται οἱ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένοι παρ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἔσχατοι τῶν ἄλλων παροικοῦντες τὸν ὠκεανόν· οὕτως οἴεται (scil. ὁ Κράτης) δεῖν καὶ πέραν τοῦ ὠκεανοῦ νοεῖσθαι τινὰς Αἰθίοπας ἔσχατους τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ ἐτέρᾳ εὐκράτῳ παροικοῦντας τὸν αὐτὸν τοῦτον ὠκεανόν. διτούς δὲ εἶναι καὶ διχρᾶ δεδάσθαι ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ. (Strab. I 2, 24. C. 31. p. 47, 2 Kr.)

15 Verbis autem, quae litteris deductis scripsimus, nostra sententia ex Cratetis ipsius verbis confirmatur ac stabilitur.

Tum ex Gemini verbis (cap. XVI. p. 172, 26 sqq. Manit.) apparet Cratetem Oceani latitudinem inter circulum aequinoctialem et tropicum aestivum plus $\mu\omega'$ (8800) stadiorum putasse; quo improposito nullius pretii id argumentum esset, quod Geminus (vel potius auctor huius Stoici) contra Cratetis doctrinam ex itineribus in zona usta factis sumpsit.¹⁾ Omnino vero hoc argumentum ad Cratetis opinionem de situ oceani refutandam aptum erat, cum totam plagam ustam ab Oceano contineri Crates affirmaverat; nam si quis diceret Cratetem ibi, ubi nemo adhuc iter fecit, Oceanum putasse, quid Geminus responderet? Atque res evincitur hoc Gemini enuntiato (p. 172, 12 Manit.): ἐπὶ δὲ τὴν διακεκαυμένην ζώνην τινὲς τῶν ἀρχαίων ἀπεφύρατο . . . ὑποκεχῆσθαι μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν ὠκεανόν; hos ergo antiquiores viros doctos Crates secutus est, qui τὴν ὅλην σφαιρᾶν τῆς γῆς καταγράφων τοῖς ὀριζομένοις κύκλοις ποιεῖ μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν ὠκεανόν κείμενον (p. 172, 16 Manit.). Quod ab Gemino confirmatur, cum dicit contra Cratetis doctrinam: ψευδοδοξοῦσιν οἱ νομίζοντες τὸν ὠκεανόν ὑποκεχῆσθαι (scil. ἐπὶ τὴν διακεκαυμένην ζώνην) μεταξὺ τῶν τροπικῶν. (p. 174, 5 Manit.)

Denique Bergero obloquimur usi Macrobbii verbis (Comment. in Somn. Scip. II 9, 4 p. 615, 2 Eyßenh.²⁾: ceterum verior, ut ita dicam, eius (i. e. Oceani) alveus tenet zonam perustam. Quae verba vertenda sunt τὸ δ' ἀληθέστερον τοῦ ὠκεανοῦ ῥεῖθρον κατέχει τὴν διακεκαυμένην ζώνην. (cf. Strab. verba supra l. 8 exscripta, p. 47, 3 Kram.)²⁾

Itaque demonstratum est Bergerum de Cratetis doctrina hac in re falso iudicasse; omnia vero, quae Bergerus hac ex sententia sua elicere conatus est, dilabuntur.³⁾ Tabula igitur, quae ad Macrobbii comment. in S. Scip. II 9, 7 in cod. Paris. 6371 fol. 20 (p. 676 Eyßenh.²⁾ adscripta est, Cratetis sententiam mutatam praebet secundum meliorem locorum Africae scientiam.⁴⁾ Ter vero apud Eustathium huius Crateteae doctrinae fragmenta servata sunt (ad α 23. 1386, 23):

¹⁾ Ut cum Manitio verba ὡς ἀπομαίνεται Κράτης . μεταξὺ γὰρ τῶν τροπικῶν legas, monent tria: primum servata codicum collocatione verborum desideratur, ubi plurima habitabilia* inventa sint; tum verba μεταξὺ τῶν τροπικῶν in sententia, quae antecedit, supervacanea sunt; denique versio Latina verborum collocationem praebet, quam Manitius probat.

²⁾ Praeterea inspicere verba Probi ad Vergil. Georg. I 244 (p. 42 Keil.; p. 364, 6 tom. III 2 Hagen.): quod mare (scil. illud, quo nostra habitata terra ab australi globi parte dividitur) traditur subiectum plagae aequinoctiali.

³⁾ Rectius iam de Cratetis sententia iudicaverat Luebbert., mus. Rhen. XI p. 435.

⁴⁾ Verba huius auctoris apud Macrobbium l. l. II 9, 5 p. 615, 7 Eyßenh.²⁾ inveniuntur. — Utrum vero Crates ipse libro suo tabulam addiderit, ut Maass. in Arateis p. 195 voluit, necne, hic non quaerimus.

ἄλλοι δὲ νοοῦσι τὴν διακεκαυμένην πᾶσαν ζώνην τὴν πρὸς τῷ νοτίῳ κατέχεσθαι¹⁾ ὑπὸ Αἰθίοπων μεσολαβοῦντος¹⁾ τοῦ ὠκεανοῦ. ἑτέρωθεν δὲ αὐτῆς κείσθαι δύο εὐχράτους, μίαν μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς ἐν τοῖς νοτίοις ἱστορουμένην καὶ φαινόμενην, ἑτέραν δὲ ἡμῖν ἀνιπτόρητον τὴν ἐκείθεν ἀντιπέραν τοῦ ὠκεανοῦ καὶ ὡς εἰπεῖν ὑπερνότιον. ὅθεν καὶ τοὺς Αἰθίοπας διχῆ μεμερίσθαι λέγουσιν ὑπὸ τοῦ τοιοῦτου ὠκεανοῦ εἰς τε τοὺς παρ' ἡμῖν μεσημβρινοὺς Αἰθίοπας ἔσχατους ὅτις πρὸς τῷ ὠκεανῷ καὶ εἰς τοὺς ὡς εἰλὸς ἀντικρὺ πέραν τοῦ ὠκεανοῦ, ἔσχατους καὶ αὐτοὺς κειμένους ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐχράτῳ τῇ ἀθεάτῳ ἡμῖν. — ὁ δὲ λόγος οὗτος εἰ καὶ πιθανός, ἀλλ' οὐν τερατώδης διὰ τὴν μαθηματικὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀντιπέραν εὐχράτου.³⁾

διὰ ταῦτα τὸ „ἔσχατοι ἀνδρῶν“ . . . νοεῖται . . . κατὰ τοὺς μαθηματικούς ἔσχατοι διὰ τὸ παρ' ἑκάτερα ὡς εἰρηται κείσθαι τοῦ ὠκεανοῦ, οἱ μὲν νότιοι, οἱ δὲ ἐκείθεν, ὡς ἂν εἴποι τις, ὑπερνότιοι

ὡς ἐν τοιαύτῃ τινὶ καταγραφῇ.

Αἰθίοπες μεσημβρινοὶ πρὸς 1. 15
αὐτῷ Νότιῳ ἐν Αἰθίᾳ ἔσχατοι
τῆς ἡμετέρας ἐκεῖ εὐχράτου
(κατὰ τὸν γεωγράφον).²⁾
Ὁκεανὸς μεσημβρινός, περὶ ὃν 2.
ἡ διακεκαυμένη ζώνη. 20
Αἰθίοπες ἀντικείμενοι τοῖς 3.
καθ' ἡμᾶς μεσημβρινοῖς, οἰ-
κοῦντες ἐν τῇ πέραν εὐχράτῳ
(κατὰ τοὺς μαθηματικούς).⁴⁾

Haec omnia Cratetis ex libris per Posidonii libros (v. not. 3) fluxisse certum est, quamquam non recta via, sed aliquo circuitu ad Eustathium perveniebant, sive per Strabonem sive ex scholiis Homeri versibus in codicibus adscriptis, in quibus nunc vero hoc solum Crateteae doctrinae frustulum legitur:

Αἰθίοπες ἀνατολικοὶ καὶ δυσμικοὶ· κατοικοῦσι δὲ ἀμφότεροι πρὸς τῷ ὠκεανῷ· τοῦτον χάριν φησὶν (ὁ ποιητής)· „ἔσχατοι ἀνδρῶν“· schol. E ad α 23 (Dind., p. 16, 4. Ludwich., ind. lect. Königsberg 1888 p. 20, 30).

Sed etiam his Homeri versibus Crates cosmographicam suam sententiam admovit, ut iam ex verbis Strabonis et Gemini, quae exscripsimus, consecrarium est. Itaque ex versibus α 23/4 Crates demonstravit Homerum non solum astronomum fuisse, sed etiam in cosmographia summam scientiam habuisse.⁵⁾ Ut alibi apud Homerum (Α 32. Ξ 246 a. δ 81. κ 190. μ 1)⁶⁾, etiam hoc loco Crates voluit demonstrare poetam vetustissimum doctrina, secundum quam physici contendunt terram globosam esse, iam innotuisse. Et maxime Crates id studebat hac in re, ut ex Homeri versibus demonstraret poetam Oceanum talem sibi finxisse, qualem philosophi quidam Stoici excogita-

¹⁾ Cf. de sensu horum verborum Geminum p. 176, 14: αἱ δ' ὑπὸ τοὺς ἐν τῇ κόσμῳ τροπικοῖς κείμενα (Αἰθιοπία), αἵτινες ὑπάρχουσι περὶ τὰ πέρατα τῶν διακεκαυμένων ζωνῶν, κατὰ φύσιν ἔχουσιν. — μεσολαβεῖν est: in medio esse, πᾶσαν . . . κατέχεσθαι est: rings besetzt, umgrenzt gehalten werden.

²⁾ I. e. Strabo, quocum haec doctrina secundum Eustathium congruit.

³⁾ Ultima verba inde ab ὁ δὲ λόγος . . . dicta sunt ab Eustathii auctore, qui similiter atque Gemini auctor de Cratetis doctrina iudicat: cf. Manit. ed. p. 164, 21; 176, 14. Itaque Posidonius et hoc et illo loco auctor est, paesertim cum similem de Cratete sententiam praebet Strabo (II 3, 7) in verbis Posidonio certe assignandis.

⁴⁾ I. e. tantummodo mathematici secundum ὑποθέσεις tales Aethiopes esse censent. — Apud Eustathium haec verba ordine 3. 2. 1 leguntur.

⁵⁾ cf. quae hac de re diximus in diss. p. 29 et 49.

⁶⁾ cf. Wachsmuth., p. 42. 44. 48. 51. 52.

verant: nam vide ea, quae ex Posidonii libris Geminus sumpsit: *ὑπὸ δὲ τὴν διακεκαυμένην ζώνην τινὲς τῶν ἀρχαίων ἀπεφώνησαν, ὧν ἔστι καὶ Κλεάνθης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὑποκεχῶσθαι μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν ὠκεανὸν οἷς ἀκολούθως καὶ Κράτης ὁ γραμματικὸς . . . τὴν ὅλην σφαιρῶσαν τῆς γῆς καταγράφων τοῖς ἀφοριζομένοις κίκλοις . . . ποιεῖ μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν ὠκεανὸν κειμενον, λέγων ἀκολούθως τοῖς μαθηματικοῖς τὴν ὅλην διάταξιν ποιεῖσθαι* (Gemin. XVI 21 Manit. p. 172, 12).¹⁾ Hanc vero doctrinam de terrae forma globosa viri docti appellabant *σφαιροποιίαν* (i. e. Kugellehre), ut ex Gemini verbis (p. 174, 21 et p. 176, 8—16 Manit.) clarum est.²⁾ Cuius *σφαιροποιίας* doctrinam apud Homerum iam exstare, quamvis obscure dictam, Crates sibi persuasit. Huc pertinet fragmentum Philodemi *ἄλλα (δ') ὑποτίθενται τὸν ποιητὴν, ὡς) καὶ τὰ περὶ τῆς σφαιροποιίας ὁ Κράτης*. (V. H. XI f. 176)³⁾, i. e. in andren Andeutungen nehmen sie sich den Dichter zum Gegenstand der Betrachtung, wie auch in den (Andeutungen) betrifft der Kugellehre der bekannte Krates. Recte autem demonstravit Reinhardt. hanc vocem *σφαιροποιίας* etiam de totius universi formam atque structuram adhiberi posse. Secundum igitur hanc *σφαιροποιίαν* Crates *διχθὰ διηρημένους* censebat *Αἰθίοπας*, cum essent ultimi viri et nostrae partis terrae globosae et ultimi illius terrae insulae, quae trans oceanum sita est australem versus. Et hi et illi accolunt eundem oceanum plagae ustae subjectum. Itaque de interiore hemisphaerio nostrae terrae globosae (i. e. westliche Halbkugel) neque secundum hanc cosmologicam huius versus α 24 explicationem neque secundum illam astronomicam, quam supra p. 5 l. 3 sqq. commemoravimus, a Cratete hoc loco quicquam statuitur.

Erravit igitur Bergerus, *Gesch. der wissenschaftlichen Erdkunde der Griechen* p. 450, etiam in eo, quod arbitratus est illos homines, quos Crates in enuntiato *καὶ τὰς ἀνατολάς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνειν ἄλλας ἄλλοις* verbo *ἄλλοις* complectitur, diversos esse terramque globosam incolere non secundum latitudinem, sed, quam dicimus, longitudinem geographicam, ita ut etiam terrae habitatae insulae, quae in interiore hemisphaerio (auf der westlichen Halbkugel) essent, sub utroque tropico ab Aethiopibus incolerentur. Quamquam concedendum est Cratetem iam propter *τὸν σφαιρικὸν λόγον* etiam in interiore hemisphaerio item putasse terram formatam atque inhabitatam esse, tamen hoc

¹⁾ cf. quae Cleomedes — fortasse et is ex Posidonii opibus — hac de re dixit: *ὑπονοεῖται δὲ ὑπὸ τῶν φωνῶν τὸ πλείστον τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ τοῦτο τὸ κλίμα ὑποβεβλήσθαι (κυκλ. θεωρ. μετεώρων I 6 p. 60, 21 Ziegler)*. Quae de stellis sequuntur, huc non pertinent.

²⁾ cf. Gomperz., *Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften* 1891 p. 51 sqq.

³⁾ cf. Gomperz. l. m. all., Maass. in Arateis in Kießling-Wilamowitz., *Untersuchungen* XII 1892) p. 169; Reinhardt., de Graecorum theologia capita duo, 1910, p. 74 sqq. Moneo Reinhardtium meo quidem iudicio fragmenta V. H. XI f. 176 et VII f. 90 formis non ita similibus exarata vix recte inter se coniunxisse; praeterea verbum *βούλομαι*, quod coniecit l. 4/5, spatium, quod in apographo est, non admittitur: nam certum est litterae β aliquid frustulum in papyro legi debere, si β omnino hoc loco umquam scriptum esset. Itaque hoc *βούλομαι* abiciendum est. Equidem hoc modo censeo legendum esse: *εἰθέως τῆς μηνίδος ἐπιχειροῦσιν τὰ σημαίνοντα πολὺ λάκκις ὁμολογοῦμεν(ένως) παριστένειν, ἄλλα (δ') ὑποτίθενται τὸν ποιητὴν, ὡς) καὶ τὰ περὶ τῆς σφαιροποιίας ὁ Κράτης ἐνοιο δ(ε) καὶ τ. νερω*. (fortasse *φανερὸς* ut Reinhardt. coniecit) *μαίνονται* et quae incertissima sequuntur quaeque ad Cratetem omnino non pertinent, i. e. Gleich vom Beginn der Menis an (versuchen sie) die dunklen Andeutungen oft übereinstimmend zu erklären, in andren — scil. solchen Andeutungen — (aber nehmen sie sich) den Dichter (zum Gegenstand der Betrachtung), wie auch in den — Andeutungen — betrifft der Kugellehre der bekannte Krates; andre aber rasen auch (ganz offensichtlich), Certum est eos scriptores, qui de verbis locisque obscuris Homeri carminum scripserunt, hoc loco in tres partes divisos esse: sunt, qui inter se congruentes explicit; alii poetae verba premunt, ut ea, quae velint, eliciant; alii prorsus abiciendi sunt — Cf. de *σημαίνειν* verbi notione e. g. Aristotelem apud Porphyr. *ζητ. Πωκ.* ad B 305 p. 33, 4 Schrader; vel Eustath. 1391, 23; praeterea v. infra p. 9 not. 3. Tum ad verbum *ὑποτίθενται*, quod et ad sensum et ad spatium lacunae et ad litteras lineae explendas, quarum 20/22 esse solent, optime quadrat, cf. e. g. schol. AB Gen. ad N 358, ubi de Cratetis explicandi arte dicitur: *τέλος γὰρ ὑποτίθενται (ὁ Κράτης) ἀλληγορικῶς τὰς ἐκατέρωθεν ἐξοχὰς ἐπιπαλέγμενας* (Dind. II p. 17; IV p. 18. Nicole. I p. 163): quo loco in verbo *ὑποτίθενται* significationem inesse zum Gegenstand der Betrachtung nehmen, erklären, deuten certum est; cf. praeterea infra p. 35 l. 13 *ὡς ὁ Κράτης ὑποτίθενται*, ubi facile suppleas *τὸν ποιητὴν* vel *τοὺς τοῦ ποιητοῦ λόγους*. Similiter etiam apud Andoc. I 38. De adjectivo *ὁμολογούμενος* vide Vol. Hercul. VI f. 183; Apollodor. apud Strab. X 4, 9. II p. 399, 13 Kram.; adverbium vero exstat apud Porphyr. ad α 255 (Schrader. Od. quaest. p. 11, 12); apud Eustath. ad α 226 (1413, 26).

loco nihil in doctrina Cratetis nobis tradita inveniri potest, quod ad hanc sententiam pertineat. Nam primum quidem unicum Bergero argumentum, quod positum est in enuntiato Strabonis καὶ τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δόσεις συμβαίνειν ἄλλας ἄλλοις, abreptum est, postquam nos ea verba, quae Bergerus aliter atque ipse fecisset non posse intelligi affirmavit, rectius, ut arbitramur, supra interpretati sumus. Deinde in verbis Strabonis ὡςπερ οὖν οἱ παρ' ἡμῶν Αἰθίοπες οὕτοι λέγονται οἱ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένοι παρ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἕσχατοι τῶν ἄλλων παροικοῦντες τὸν ὠκεανόν nihil inest, quod ad interius hemisphaerium pertinet, sed Cratetem his verbis nostrae tantummodo terrae insulae mentionem fecisse quis est, quin videat? Tum haec, ut ita dicam, diversitas Aethiopum secundum longitudinem geographicam nullam omnino causam praebet, cur Crates versum α 24 mutare debuerit. Denique Posidonius, quem adversarium Cratetis statim paucis verbis tractabimus (Strab. II 3, 7 C. 103), de australi tantummodo altera insula habitata (i. e. die südliche Erdinsel unserer Halbkugel) verba facit.¹⁾ Quamobrem Bergerus, similiter atque iam supra indicare coacti eramus, etiam hac in re Cratetis doctrinam non recte explicavit.

Ut vero intellegamus, cur Crates verba Homeri mutare debuerit, ut eis sua ipsius grammatici Pergameni sententia exprimeretur, haec nobiscum considera: Homerus secundum Cratetem versu α 24 docuit totam solis viam in zona perusta fieri, ita ut ultra utrumque tropicum caelestem, quorum utrumque terrenis accuratissime respondere Crates sibi secundum mathematicos persuaserat, non progrediretur. Quae sententia est vere Stoica: proluserunt enim hac in re Crateti iam Cleanthes (cf. Arnim., Stoic. vet. fragmenta I p. 112 frg. 501) et item Posidonius Alexandrinus, Zenonis discipulus (cf. Berger., d. geogr. Fragmente d. Eratosthenes p. 23 n. 1). Cum vero secundum sententiam suam cosmographicam Crates duas Aethiopias in terra globosa sub utroque tropico poneret, apparebat solis itinera, quae nostra lingua Tagebogen vocamus quaeque facit, si ad solstitium aestivum appropinquat, et cadere atque abire Aethiopibus australibus et oriri atque adire nostris Aethiopibus; item vice versa. Itaque ratione explicandi cosmographica et astronomica Crates adiuvabatur, ut versus Homericos satis re vera difficiles intellectu interpretaretur. At mutandum ei erat: ΟΙΜΕΝ—ΟΙΛΙΕ legi vetuit, iussit legi ΗΜΕΝ—ΗΛΙΕ leni mutatione, ut facere Crates solet (v. fragmenta Iliad. III. XIV. p. 20. 77. Helck). Igitur Crates virorum doctorum suorum sapientia usus est, ut verba Homeri poetae antiquissimi explicaret: id quod Geminus vel potius Posidonius Rhodius rectissime his verbis reprehendit: Κράτης μὲν οὖν παραδοξολογῶν τὰ ἐφ' Ὀμήρου ἀρχαίως²⁾ καὶ ἰδικῶς³⁾ εἰρημμένα μετὰγει πρὸς τὴν κατὰ ἀλήθειαν σφαιροποιίαν (Manit. p. 174, 21). Sed ut aliquatenus, quid his in verbis Crates a poeta dici intellegeret, ab aliis cognosci posset, Crates mutaret necesse erat. Circulum habes explanationis, quem vocamus, vitiosum.

In ipsa mutatione vulgatae lectionis, etsi propositum Cratetis a nobis haud facile satis acriter refutari potest, tamen caute ac non insolenter eum gessisse concedendum est; sed ut in universo iam vate fere opus est, qui ex verbis Homeri a Cratete mutatis sensum eum, quem Crates volebat, extricet, ita praecipue verbo δόσθαι exprimi non posse: „et ortus et occasus solis a tropico aut aestivo aut hiemali discedunt atque abeunt“ vix est, quod moneatur.

Atque hac ipsa in re Posidonius Cratetem corrigere conatus est. Transeamus igitur necesse est ad eos scriptores, quibus auctoribus Cratetis doctrina usque ad nostra tempora servata est.

¹⁾ Ne hoc quidem Bergerum adiuvat, quod apud Geminum ante Cratetis verba leguntur haec: Aethiopes incoluntur περὶ τε τὸν θερινὸν τροπικὸν τὸν παρ' ἡμῶν ζήλον καὶ περὶ τὸν ἡμῶν μὲν χειμερινὸν τροπικὸν, τοὺς δ' ἀντίπασσι θερινόν. Nam hoc loco Geminum verbo ἀντίπασσι generali quodam sensu usum esse, i. e. pro incolis totius australis regionis, cui altera septentrionem versus sita opposita est, viderunt v. d.: cf. Kauffmann in Pauly-Wissowa. R. E. s. v. ἀντίπασσι I 2532, 48.

²⁾ Homerum ex suorum ipsius temporum scientia explicandum esse docuerunt in geographicis rebus 50 Eratosthenes, in omnibus rebus Aristarchus.

³⁾ i. e. im eigentlichen Sinne; nulla clandestina doctrina subest; non sunt verba σημαίνοντα. Cf. ἰδικῶς Πλάτωνος λέξις; ἰδικῶς Eustath. ad α 27, 1387, 18, alibi; cf. Maass. in Arateis p. 194.

Posidoniana enim sunt haec (cf. Bake, Posid. reliq. p. 109): (Posidonius dicit) καὶ (γὰρ Κράτιστα)¹⁾ εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην, ἢν οὐκ οἶδεν Ὀμηρος, δουλεύειν ὑποθέσει²⁾· καὶ ἔδει, φησὶν (ὁ Ποσειδώνιος), μεταγράφειν οὕτως·

ἡμὲν ἀπερχομένον Ὑπερίονος,

- 5 οἶον „ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ περικλίνοντος“. (Strab. II 3, 7/8. C. 103. I p. 154, 20/4 Kram.) Exinde sequitur primum quidem, ut re vera Crates censuerit ab Homero versu α 24 alteram οἰκουμένην, i. e. zonam temperatam australem indicatam esse. Posidonius vero melius his de rebus edoctus, ut iam apud Geminum intelleximus (cf. supra p. 9 l. 29), hanc notitiam Homero ἀρχαῖω ποιητῇ abiudicavit. Tum Posidonius verbum δῖεσθαι ad sententiam Crateteam minime idoneum ratus rem melius
10 exprimi censet verbo ἀπέρχεσθαι; quo verbo clarum fieri (dicit Posidonius) Cratetem interpretatum esse ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ περικλίνοντος: a meridiano revertente sole.

Iam vero exoritur quaestio, quid supplendum sit ad hoc μεσημβρινοῦ: κύκλον an κλίματος? Et hoc loco paulo longius exspatiandum nobis est. Strabo κύκλον subaudiendum esse affirmat, perperam nempe, quod statim monstrabimus, cum dicit: (Posidonius) κρεῖττον δ' οὕτως εἶναι μεταθεῖναι· „ἡμὲν
15 ἀπερχομένον.“ τί οὖν διαφέρει τοῦτο τοῦ „ἡμὲν δυσσομένον“ (ut Crates voluit); πᾶν γὰρ τὸ τμήμα τὸ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ ἐπὶ δύοσιν δύοσις καλεῖται, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ ὀριζήοντος ἡμικύκλιον, ὅπερ καὶ Ἀρατος ἐπισημαίνεται (Phaen. 61):

ἡμί περ ἄκρα
μίσγονται δύοσις τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλοισιν³⁾.

- 20 (Strab. II 3, 8. C. 103. Kramer. I p. 155, 11.) i. e. Posidonius sagt, es wäre besser so zu ändern: wo (die Sonne) sowohl sich abkehrt... Worin nun unterscheidet sich dies von der (Lesart): wo (die Sonne) sowohl hinabsinkt...? denn der ganze Abschnitt (der Sonnenbahn) vom Mittagskreise zur Untergangsstelle hin heißt Untergang, ebenso wie auch der Halbkreis des Horizonts (vgl. Arat. Phaen. 61). Haec hac figura plana fiunt:




- 25 Igitur dubitari non potest, quin Strabo, quamquam ipse ex Posidonio (cf. infra p. 13 l. 35) eisdem verbis excerpserit, quibus verbis Crates hanc suam vulgatae scripturae mutationem interpretatus est,

¹⁾ Codd. praebent καὶ εἰσάγοντα. Quod vero nomen supplendum esset, cum ex Strabonis libro primo apparet, coniecerunt Casaubonus (Κράτιστα δὲ), Wachsmuth καὶ (Κράτιστα), nos καὶ (γὰρ Κράτιστα) supplevimus, quoniam Posidonius Cratetis sententiam, quam improbat, ideo tantum protulit, ut semet ipsum excusaret, quod versum α 24 vulgatum ad opinionem suam de Aethiopibus stabilendam adhiberet. Nam etiam
30 Cratetem verba Homeri suo ipsius proposito accomodasse Posidonius affirmat, quamvis proposito falso.

²⁾ Bis praeterea haec Cratetis de versu α 24 sententia nominatur ἐπόθεσαι: v. Stab. I 2, 24 et 25 (Kram. I p. 47, 27 et 48, 8).

³⁾ Cf. hac de sententia Maass., Arat. comment. rel. p. 71, 12 sqq.; Achilles huius auctoris inter-
35 pretationem refutat. Vide etiam Edw. Müller., de Posidonio Manilii auctore p. 14.

non intellexerit, quae Crates vellet. Quod valde firmatur eis verbis, quibus Strabo Cratetis doctrinam explanatius refutare conatus est: ἤν δὲ καὶ ἀπλοῦστερον εἰπεῖν αὐτὸ σῶζοντα τὸ οὕτω διηροῦσθαι δίχα τοὺς Αἰθίοπας, ὡς εἴρηται (scil. a Cratete) ὅτι ἀφ' ἡλίου ἀνότος μέγχι δύσειος ἐφ' ἑκάτερα παροικοῦσι¹⁾ τῷ ὠκεανῷ Αἰθίοπες. τί οὖν διαφέρει πρὸς τὸν νοῦν τοῦτον ἢ οὕτως εἰπεῖν, ὡς περ αὐτὸς (ὁ Κράτης) γράφει, ἢ ὡς Ἀρίσταρχος, „οἱ μὲν δυσόμενοι Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόν- 5 τος;“ καὶ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ πρὸς δύσιν καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ὠκεανοῦ οἰκεῖν. ὁ δ' Ἀρίσταρχος ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ἐπιόθεσιν (scil. Cratetis) . . . Igitur Strabo, quod Cratetem non intellexit, ne explicare quidem potuit, cur Posidonius Cratetem nimis caute correcturam suam fecisse affirmaret. Immo Cratetem mutare secundum Strabonem opus omnino non erat. Parva vero harum rerum notitia apud Strabonem etiam aliis locis apparet: cf. Kramer. I p. 47, 1/2; 48, 11/15; 10 155, 9 sqq. Strabonis vero falsa de Aethiopicibus opinio hac figura illustratur:



Sequitur, ut Strabo illud Posidonii ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ propterea falso pro „circulo meridionali“ (i. e. Meridian, Längengrad) percepisse, quod more solito in eis rebus, quae ad geographiam quam dicimus mathematicam et astronomicam doctrinam pertinent, parum habebat scientiae.²⁾ (cf. infra p. 13 n. 2).

Quamobrem a Strabone non impedimur, ne statuamus Posidonium subaudivisse ἀπὸ τοῦ 15 μεσημβρινοῦ (κλίματος) περικλίνοτος, (sole) ex australi (regione) revertente, i. e. inde a tropico australi. Quod Posidonium voluisse hoc modo etiam recta via demonstramus: Posidonius versu α 24 vulgato usus est (Kramer. I p. 154, 15) ideo, ut occidentales ab orientalibus Aethiopicibus diversos esse monstraret. Si igitur verbis Homericis in Cratetis sententia eadem notio atque apud Posidonium 20 infuisset, Posidonio opus non fuit altera et ea maiore mutatione Crateteae versus Homericici formae. At cum Posidonius Cratetem corrigeret, demonstratum est Cratetem hunc versum aliter ac Posidonium intellexisse; ergo omnes concedent Cratetem hunc versum de australi et boreali sub tropicis regione percepisse.

Igitur Posidonius in Cratetis opinione recensenda nobiscum consentit: a Cratete hoc loco 25 agitur de eo phaenomeno, quod nostra lingua usi „parallele Verschiebung der Tagebogen“ nominamus. Et hac in sententia verbum ἀνέσθαι re vera locum non habet, cum hoc verbo nulla ad circulos tropicos relatio exprimat; quapropter aliud verbum Crates huc inferre debuit, e. g. Posidonii verbum ἀπέρχεσθαι³⁾. Sed plura in verbis Homeri traditis mutare contra legem criticam Cratetis erat (cf. supra p. 9 l. 26), quod Posidonius non perspexit.

Itaque ut huic de Cratetis sententia disquisitioni finem imponamus, stabilita est nostra 30 opinio, quam supra p. 5 sq. et 9 scripsimus, quod nos et verba Cratetis ipsa recte intellecta et Posidonius iuvant; Strabonem vero mittamus et Bergerum⁴⁾.

¹⁾ παροικοῦσι perperam codices A C.

²⁾ Quae cum ita sint, intellegimus, quomodo fieri potuerit, ut Strabo II 3, 8. C. 103. I p. 155, 18 sq. Kram. contra Posidonium adnotaret, si philosophus Rhodius Crateteam versus α 24 formam mutandam esse 35 censeret, etiam Aristarchi versum ei mutandum esse in οἱ μὲν ἀνοχοῦντες καὶ οἱ δ' ἀνιόντες.

³⁾ Cf. Arat. Phaen. 538 ἀπέρχεσθαι, quo contraria notio exprimitur.

⁴⁾ Statuendum est etiam hac in re rectam viam iam Luebbert l. s. s. p. 436 ingressum esse, qui dixit: (Krates änderte), um auszudrücken, daß die jährliche Bewegung der Sonne durch den Zodiakus am 40 Himmel in denselben Grenzen sich vollende, welche auf der Erde die Aethiopicvölker scheiden.

Neminem veterum virorum doctorum Cratetis mutationem accepisse certum est; nam quamquam Kramerus in Strab. edit. ad II 3, 7. C. 103. p. 154 nota ad l. 19 Posidonium item atque Cratetem scripsisse contendit, tamen ex eo, quod Posidonius ipse dixit inter Aristarchi Cratetisque scripturam discrimen esse et quod Cratetis scripturam, quoniam *ὑποθέσει* tantummodo serviret neque Cratetis sententiam clare exprimeret, prorsus refutavit, demonstratum est Posidonium haec versus forma usum non esse. Quapropter versus vulgatus α 24, quem ex Posidonio Strabo p. 154, 19 Kram. affert, contra Kramerum suo loco est, praesertim cum hunc versus addere ex Posidonii sententia sit, qui orientales Indos et occidentales Aethiopes, Libyae incolas (cf. Bake., l. s. s. p. 109), inter se non congruentes, sed corporibus diversos, hoc loco ab Homero prolato esse censuit (cf. infra p. 20 l. 13)¹⁾. Strabo autem, cum et Aristarchi et Cratetis scripturam eandem notionem praebere propter incitiam suam falso arbitraretur, his de minutis stultum putavit certare. Straboni igitur persuasum est horum utramque scripturam quadrare ad hanc sententiam, quam ipse de versibus α 23/4 profert (I 2, 28. C. 35. Kram. I p. 53, 14—54, 2, quae exscriptit Eustath. α 23 (1386, 3—6); II 3, 8. C. 103. Kram. I p. 155, 3—19; I 2, 32. C. 139. Kram. I p. 58, 25).

Memorable est praeter Cratetem has Aethiopum Homericorum sedes etiam Herodotum²⁾, Ephorum³⁾, Eratosthenem⁴⁾, Polybium⁵⁾, Aristarchum⁶⁾, Artemidorum⁷⁾, Posidonium⁸⁾ tractavisse. Saepissime igitur haec verba Homeri apud veteres viros doctos tractata erant: propterea paululum Crates excusatur, quod etiam suam his de versibus doctrinam Homero obtulit, quam meliorem magisque suorum temporum scientiae adaptatam quam aliorum doctrinas arbitratum esse apparet. Posidonium vero in eo quidem Cratetis vestigia pressisse, quod Homerum bonam Aethiopum scientiam habuisse contendit, ex Strabonis verbis I p. 154, 14 sqq. Kram. certum est.

Iam vero quaerendum est, quibus ab auctoribus Strabo notitiam Crateteae mutationis sibi deprompserit. Atque ut pedem hac in re aliquantulum proferamus, considerandum primum est, Aristarchusne Cratetem respexerit necne. Illud vero affirmari cogimur primum quidem ex Strabonis verbis *Ἀριστάρχου δὲ τοῦτο μὲν ἐπαινωμένον, διότι τὴν Κρατήτειον ἀφείλετο ὑπόθεσιν, δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις, περὶ τῆς κατ' ἡμᾶς Αἰθιοπίας ὑπονοεῖ γεγονέναι τὸν λόγον*. (I 2, 25. C. 31. I p. 48, 7—10 Kram.) Secundum igitur Strabonem Aristarchus Cratetis sententiam non accepit, cum multa difficultates praeberet, sed prorsus reiecit. Tum argumento sunt verba Strabonis *ὁ δὲ Ἀριστάρχος ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν* (Kram. I p. 47, 26). Cum haec verba ad Cratetis sententiam, quam habebat de Aethiopia Oceano bipartita, pertinent, id quidem ex eis certum est ab Aristarcho Cratetem de hoc loco mathematice et astronomice locutum repugnatum ac refutatum esse. Denique manifestum est Aristarchum re vera de Cratetis scriptura verba fecisse ex his verbis Strabonis: „Aristarchus, quod Cratetis sententiam reiecit, laudandus est; nonnulla vero de Aristarchi sententia proferamus“: *καὶ πρῶτον ὅτι καὶ αὐτὸς μικρολογεῖται* — nonne intellegis Strabonem Stoicum (vide Kram. I p. 62, 21 sq.) — *μᾶλλον περὶ τῆς γραφῆς*. Quod vituperium Strabo explicat

¹⁾ Posidonium antecesserat Herodotus IV 197. VII 70. Contra Posidonium vehementer pugnat Strabo II 3, 8. C. 103. I p. 155, 1—24 Kram.

²⁾ Cf. Histor. II 22. IV 197. VII 70.

³⁾ Cf. Strab. I 2, 26. C. 33. Kram. I p. 50, 3 sqq. = Müller, Frgm. Hist. Graec. I p. 244; adde Eustath. ad α 23 (1386, 22), schol. A B T Gen. ad A 423 (Dind. I p. 53, 21; III p. 64, 17; Maass., V p. 41, 11; Nicole, I p. 19). Vide etiam Strabonem I 2, 25. C. 32. I p. 48, 15 sqq. Kram.

⁴⁾ Cf. Strab. I 2, 3. C. 16. I p. 25, 2 Kram.

⁵⁾ Polybius librum confecit *περὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσημερινὸν ἀκρίσεως* teste Gemino XVI 32, p. 176, 23 Manit.; cf. Max Schmidt, Jhrbb. 1882 p. 113.

⁶⁾ Aristarchus censuit Homerum his in versibus historicos Aethiopes protulisse Aegyptiis australes, qui Graecis ultimi ad meridiem versus homines essent; eos vero bipartitos esse Homerum sibi finxisse, ut alia multa; cf. ex Apollodoro Strab. I 2, 24. C. 31. Kram. I p. 47, 26; Eustath. ad α 23 (1386, 8 sqq.; 2 ante 30; 38 sq.). Vide Lehrs., de Aristarchi stud. Homer. p. 249.

⁷⁾ De Artemidori sententia cf. frgm. 77. 78. 82 Stiehle., Philol. XI p. 217 sq.

⁸⁾ Cf. Bake., l. s. s. p. 109.

his verbis: καὶ γὰρ ἂν ἑκατέρως¹⁾ γράφεται, δύναται ἐφαρμόσθαι τοῖς νομίμοις αὐτοῦ²⁾. Nam omnia haec verba Strabonis, cum iam per se hoc in conexu sententiarum non aliter intellegi possint nisi Aristarchum contra Cratetis scripturam pugnasse, illustrantur verbis Strabonis, quae subsequuntur (I p. 48, 12/5 Kram.): τί γὰρ διαφέρει λέγειν ἢ οὕτως: „δύο εἰσι καθ' ἡμᾶς Αἰθιοπες, οἱ μὲν πρὸς ἀνατολὰς, οἱ δὲ πρὸς δύσεις“ ἢ οὕτως: „καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς καὶ πρὸς δύσεις;“³⁾ Quae verba ceteroqui stulta et stupidi ingenii in eo quidem nos adiuvant, quod ex eis certum est Aristarchum Cratetis scripturam tractasse. Itaque statuendum est versui α 24 olim Aristarchum διπλῆν ἀπερίσσιτον adposuisse contra Cratetis rationem explicandi astronomicam et mathematicam, cum Aristarchus veterem poetam Homerum ex se ipso poetaeque temporibus explicandum esse censeret.³⁾ Recte igitur homo γραμματικώτατος artem criticam a talibus ὑποθέσει futilibus ad rationem poetae explicandi vere historicam revocavit. Inspicienda etiam sunt schol. Ariston. A ad K 253 (Friedländ. p. 176), et schol. M¹ ad α 24 (Ludwich., ind. lect. Königsberg. 1888 p. 21, 9) contra Cratetem scripta.

Tum quaestio est, unde sua Strabo ipse sumpserit. Per se patet Aristarchum, quod Cratetis scripturam tractavit, etiam causam, cur a Cratete hoc modo scriptum esset et vulgata versus forma servata non esset, breviter attulisse. Unde vero Strabo Aristarchi sententia sumpserit, ipse addit; postquam enim Aristarchi de Aethiopicis doctrinam tradidit⁴⁾, continuat: τοῦτο (scil. Aethiopes revera bipartitos non esse) δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητὴν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἴρηξεν Ἀπολλόδορος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τὸν τόπον τὰ μὴ ὄντα. Itaque Strabo Aristarchea hausit ex Apollodori opere, quo Strabo in posterioribus libris plurimum usus est (cf. Schwartz. in Pauly.-Wissowa. RE I col. 2867, 20 sqq.). Et hoc loco etiam Cratetis sententiam allatam fuisse necessarium est, postquam supra demonstravimus Aristarchum Cratetis sententiam copiosius refutasse. Accedit primum, quod Apollodorus eandem sententiam de Homeri scientia geographica (cf. Schwartz. l. s. s. I col. 2864, 30 sqq.) contra Cratetem defendit atque Aristarchus; tum gravissimum est, quod teste Strabone (VII 3, 6. C. 298 sq. II p. 19 sqq. Kram.) initio alterius libri Apollodori περὶ νεῶν scriptum erat secundum Eratosthenis doctrinam Homerum peritum non fuisse τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μετὰ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τῆς Αἰγυπτίας θαλάσσης οὐδὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ τὸν ἄκρατον; ultimis ex verbis apertum est Apollodorum hoc loco librorum suorum de ea sententia, quam Crates de Aethiopicis et Oceano habuerat, indicasse et Aristarchi opinionem contra Pergamenum protulisse atque accepisse. Itaque hi Strabonis loci se inter se sustinent ac sup-
plent. Accedit huc, quod Zenonis Stoici versus δ 81 mutationem, quae l. 21 post verba modo exscripta legitur, facile conicias Apollodorum non ex Aristarchi libris, sed ex Cratetis Stoici opibus attulisse.

Itaque demonstratum est Strabonem Cratetis et scripturam versus α 24 et causam huius mutationis per Apollodorum⁵⁾ ex Aristarchi libris, qui Cratetis opus ipsum inspexit, cognovisse.

Denique statuendum est apud Strabonem etiam alterum fontem subesse: nam Posidonius Rhodius in libro, quo vituperaverat τοὺς . . . τὰς ἡπείρους διορίσαντας . . . μὴ παραλλήλους τοῖς τῷ ἰσημερινῷ (Strab. II 3, 7. C. 102. I p. 153, 23 sq. Kram.), de Cratetis et Aristarchi scripturis verba fecerat teste Strabone II 3, 8. C. 103. I p. 155, 9 sqq. Kram.: ἐκεῖ (scil. in libro primo) δὲ καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου διηγήσαμεν (i. e. Strabo ipse), ὅτι οὐδὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν: ὁ δὲ (Ποσειδώνιος) τοῦτο μὲν διαφέρειν φησί, κρεῖττον δ' οὕτως εἶναι μεταθεῖναι „ἡμὲν ἀπεροχο-“

¹⁾ ὡς εἴσως codd. Recte Kramerus ἑκατέρως.

²⁾ De Aristarchi ratione critica eiusque artis gravitate ac vi in Homeri verbis declarandis Strabo omnia ignoravit; cf. quae supra p. II statuimus de Strabonis inscitia, quae ad res mathematicas pertinebat.

³⁾ Diplas contra Cratetem ab Aristarcho versibus A 593. O 21. 23. A 754. E 32. O 189. Σ 489. Y 7. Φ 323. Φ 558. Ω 252 olim adscriptas esse in dissertatione passim demonstraveramus.

⁴⁾ Aristarchi doctrinam v. apud Strabonem p. 47, 26—48, 5 Kram (cf. Lehrs.² p. 249; schol. M¹ ad α 23; Ludwich., ind. lect. Königsberg. 1888 p. 20, 28.) cf. p. 12 n. 6.

⁵⁾ Hoc quidem sine argumentis Carnuth., Ariston. π. σημ. Ὀδ. p. 5 ad α 22 affirmasse postea vidi-mus. — Perperam igitur Schwartz. l. s. s. I col. 2865, 59 dicit Apollodorum Cratetis doctrinas neglexisse. Multo confidentius hac in re se gesserat Niese, in mus. Rhen. XXXII p. 303 sq.

μένον.“ τί οὐν διαφέρει τοῦτο τοῦ „ἡμῶν διδομένου;“ Sequitur, ut ea, quae Strabo I. p. 46, 22—p. 47, 18 Kramer praebet quaeque sunt fere ipsa verba Cratetis, ex Posidonii illo libro, ubi de circulis parallelis scripsit, Strabo deprompserit. Hoc stabilitur ita, ut nemo obloqui possit, exinde, quod Geminus ex Posidonii (cf. Manit. ed. p. 251/2) persimili libro ea cepit, quae de Cratetis versus α 23 explanatione tradidit: nam vide quae sequuntur: *Κράτης ὁ γραμματικὸς . . . τὴν ὅλην σφαῖραν τῆς γῆς καταγράφων τοῖς ἀφοριζομένοις κύκλοις, καθὼς προσηγάμεν* (scil. Posidonius apud Geminum in capite quinto), *ποιεῖ μεταξὺ τῶν τροπικῶν τὸν ὠκεανὸν κείμενον, λέγων ἀπολοῖθως τοῖς μαθηματικοῖς τὴν ὅλην διάταξιν ποιέσθαι* (Manit. p. 172, 15 sqq.).

Itaque versus α 23 explicatio Cratetea apud Geminum et versus α 24 forma Cratetea apud Strabonem ipsa verbis Cratetis ex uno eodemque Posidonii libro servata sunt. Accedit argumentum ex eo, quod etiam apud Geminum Posidonius Aristarchi de antiquissimis antiqui poetae sententiis doctrinae obsequitur (cf. Manit. p. 174, 21—175, 8), item atque apud Strabonem cum Aristarcho, non cum Cratete versus α 24 scribit. Posidonium vero ex Cratetis opere ipso sua sumpsisse iam ex eo apparet, quod Cratetis ipsa verba et Geminus et Strabo afferunt.

Inspexit igitur Strabo, ut suam de Isthmi inter rubrum et Aegypticum mare sententiam confirmaret et Aristarchi Cratetisque versus α 23/4 doctrinas infringeret, duos libros: et Posidonii (fortasse *περὶ ὠκεανῶ* librum?) et Apollodori *περὶ νεῶν* librum alterum. Hac vero ex re manifestum est, cur apud Strabonem I p. 47, 18 sqq. Kramer. Cratetis explicatio versus α 24 iterata legitur: hanc breviorē Strabo item atque Aristarchi doctrinam, quae p. 47, 26—48, 5 excerpta est, ex Apollodori libro statim a Strabone allato (p. 48, 4) cepit. Itaque etiam haec Cratetis sunt, sed per Apollodorum ex Aristarchi libro servata: *ἢν δὲ καὶ ἀπλοῦσιτρον εἰπεῖν αὐτὸ σῶζοντα τὸ οὐτῶ διηρῆσθαι δίχα τοὺς Αἰθίοπας, ὡς εἴρηται (a Cratete) ὅτι ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μεχρὶ δύσεως ἐφ' ἐκάτερα παροικοῦσι¹⁾ τῷ ὠκεανῷ Αἰθίοπες.²⁾*

Quomodo igitur Cratetis hac de re doctrina servata sit, ut apertum fiat, componamus, quae indagavimus: Crates a Cleanthe Stoico permotus versus Homericos astronomica et geographica ratione explanavit; qua in re eum Posidonius partim secutus est partim eum refutavit, cum Aristarchus, cuius pedisequus Apollodorus est, talem criticam artem sperneret et improbaret. Strabo et ex Apollodoro et ex Posidonio sua hausit. Denique in scholiis et apud Eustathium Crateteae doctrina commemoratur.

In eis vero, quae Strabo ex Aristonici *περὶ τῆς Μενελάου πλάνης* exscripsit, de Cratetis versus α 24 scriptura nihil invenitur (cf. Strab. I 2, 35, C. 38. I p. 57, 13 sqq. Kram.)³⁾, quod sola ea, quae de Aethiopibus versus δ 84 Crates dixisset, Aristonico respicienda erant.⁴⁾ Contra hanc Cratetis sententiam ab Aristonico scripta sunt haec: *τίς δὲ καὶ χρηματισμὸς παρὰ τῶν ἔξω καὶ κατὰ τὸν ὠκεανὸν Αἰθίοπων;* (Strab. I 2, 32. C. 39. I p. 58, 28 sq. Kram.) Cf. infra p. 19 l. 18.

Servata igitur sunt apud Geminum et Strabonem ex Cratetis commentario ipsa Cratetis verba, quibus criticus Pergamenus suam de versibus α 23/4 doctrinam exposuit.

Sed duo restant: si enim accuratius quis discere volet, quid de circulis zonas dividitibus Crates statuerit, inspiciat velim Gemini caput quintum, quod cum Cratetis doctrina congruere necessarium est secundum Gemini verba: *(Κράτης) τὴν ὅλην σφαῖραν τῆς γῆς καταγράφων τοῖς ἀφοριζομένοις κύκλοις, καθὼς προσηγάμεν* (p. 172, 16 Manit.). Tum etiam ex verbis Posidonii, quibus de Aristarchi et Cratetis sententiis iudicium profert (apud Geminum p. 176, 7—16 Manit.), haec Cratetis doctrinis inserenda sunt: *(τῆς δὲ κατὰ φύσιν σφαιροποιίας . . .) ἢ γὰρ γῆ μέση κείται τοῦ σῦμπαντος κόσμου σημείον τὰς ἐπέχονσα. αἱ δὲ ἀνατολαὶ τοῦ ἡλίου καὶ αἱ δύσεις γίγνονται⁵⁾ ἐκ τοῦ αἰθέρος καὶ εἰς τὸν αἰθέρα, διὰ παντὸς τοῦ ἡλίου⁶⁾ ἴσον ἀπέχοντος*

¹⁾ *παροικοῦσι* perperam codd. AC. — ²⁾ Verba *ἀφ' ἡλίου . . . δύσεως* magis decurtata sunt a Strabone, quam ut Cratetea sententia recte servata esse possit. — ³⁾ Utrum hoc scriptum a commentariis separatum fuerit, quod voluit Cohn. in Pauly.-Wissowa. RE II s. v. Aristonic. no. 17 col. 966, 36 necne, accurate dispici nequit. — ⁴⁾ Cf. contra Luebbert. in mus. Rhen. XI p. 430; Wachsmuthium, p. 27; Müllenhoff., Deutsche Altertumskunde I p. 250 n. recte pugnantem Bergerum² l. s. s. p. 446 sq. — ⁵⁾ Manitius transposuit. — ⁶⁾ Manitius hoc *τοῦ ἡλίου* vix recte legi adnotat; fortasse scribendum secundum versionem Latinam *τοῦ οὐρανῶ*.

τῆς γῆς. ὅθεν . . . αἱ δ' ἐπὶ¹⁾ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τροπικοὺς κείμεναι (Αἰθιοπία), αἴτινες ὑπαρχοῦσι περὶ²⁾ τὰ πέρατα τῶν διακελευμένων ζωνῶν, κατὰ φύσιν ἔχουσιν.³⁾ Ergo haec respicienda erunt, si omnia, quae ad Cratetis σφαιροποιίαν Homericam pertinent, componemus.

FRAGMENTUM XVII

Nestor Telemacho Menelai errores enarrans commemorat nonnullas illius naves vi tempestatis ad Cretam insulam appulsas esse, ubi Cydones habitant in Jardano flumine:

γ 293 ἔστι δὲ τις λισσὴ αἰπειᾶ τε εἰς ἅλα πέτρα
294 ἔσχατιῇ Γόρυνος, ἐν ἠεροσιδεῖ πόντῳ . .

Herodianus (I p. 341, 33 sq. Lentz.) et papyrus mus. Brit. 271 saeculi I./II. p. Chr. n. (cf. Kenyon., Journal of Philol. XXII p 238 sqq; Wessely., Mitteilungen aus der Sammlung des Erzherzogs Rainer. 1894, 10 t. VI p. 3; Ludwig., Ind. lect. Regiment. 1894. 1902) vulgatam formam versus 293 tradunt; item omnes codices manuscripti praeter Heidelberg. Palat. 45 (λίσση) et Florent. Laurent. XXXII, 24 (λίσση).⁴⁾

In versu 293 Cratetem unum verbum mutasse scimus ex Herodiani libro περὶ καθολικῆς προσοδίας ιβ' (I p. 341, 33—342, 2 c. nota Lentz.); neque enim ulla causa firmari posse a Didymo hanc Cratetis mutationem commemoratam esse Ludwichius olim ipse concessit (Aristarchs Homer. 15 Textkrit. I p. 532, 2 sq.). Igitur ex Herodiani libro fluxerunt omnia haec: (Dindorf., Od. Schol. I p. 147; Ludwich., l. m. l.)

schol. H.	schol. Q	schol. M	schol. T	schol. V ⁵⁾	Eust. ad v. (1468,34)	
λίσση] τινές δὲ κύριον ὄνομα τῆν νῦν Βλησ- σῆν καλουμέ- νην.	λίσση] τινές δὲ κύριον ὄνομα τῆν νῦν Βλησ- σηνῆν καλουμέ- νην,	λίσση] τινές μὲν ὄνομα κύριον τῆν νῦν Βρισῆν καλουμένην . .		λεία πέτρα ἢ κα- τὰ μεταλλάσμον εἶπε τὸ νῦν κα- λούμενον ⁶⁾ παρὰ τοῖς Κρησὶ σὺν τῷ Β Βλίσση. ⁷⁾	λίσση δὲ πέ- τρα . . ἢ ὄνομα- τικῶς οὕτω λε- γομένη κατὰ τι κύριον ὄνομα παρὰ δὲ γε τοῖς Κρησὶ Βλίσση σὺν τῷ Β κατὰ τοὺς παλαιούς. ἔστι δὲ ἀκρωτήριον τῆς Γορυνίας . ὁ δὲ Κράτης σὺν τῷ ην ⁸⁾ γράφει „λίσ- σην.“ ⁹⁾	λίσση δὲ πέ- τρα . . ἢ ὄνομα- τικῶς οὕτω λε- γομένη κατὰ τι κύριον ὄνομα παρὰ δὲ γε τοῖς Κρησὶ Βλίσση σὺν τῷ Β κατὰ τοὺς παλαιούς. ἔστι δὲ ἀκρωτή- ριον τῆς Γορυν- ίας. Κράτης δὲ (φασί) σὺν τῷ ν γράφει „βλίσσην.“ καὶ δοκεῖ κατὰ εὐ- θεῖαν πτώσιν ἀρσενικῶς προ- φέρειν ὁμοίως τῷ „σολήν“ καὶ τοῖς τοιοῦτοις. 40
ὁ δὲ Κράτης σὺν τῷ ην ⁸⁾ γράφει „λίσσην.“	οὗ δὲ „λίσσην“ δέλιος ἵνα γάρ.	ὅθεν Κράτης σὺν τῷ ην ⁸⁾ γράφει „λίσσην.“ ⁹⁾	ὅθεν Κράτης σὺν τῷ ην ²⁾ γράφει ¹⁰⁾ „λίσ- σην.“			

¹⁾ αἱ δὲ ἐπὶ editiones — ²⁾ Vulgo ἐπὶ, emend. Manit. — ³⁾ Haec Crateteis adnumeranda esse iam Maass. in Arateis p. 195 censuit. — ⁴⁾ Quae in duabus Raineri papyris hoc ad carmen Homeri pertinentibus insint (cf. Wessely., Denkschriften der Wiener Akademie 1893 II p. 8), notum nondum est

⁵⁾ Idem scholium in codicem M transit (cf. Schrader, l. m. s. p. 166 sq.) — ⁶⁾ καλούμενον deest in cod. M. — ⁷⁾ Βλίσση cod. V. — ⁸⁾ Codices H M T et scholia V (M) ην, quod itacismo foedatum est. — ⁹⁾ Codex M λίσσην. 45 scholia V M λίσσην; codices H Q T recte λίσσην habent itacismo non foedatum. Deceptus est Dindorf. in thes. l. Graec. V col. 331/2 s. v. λισσός. — ¹⁰⁾ Cod. T γάρ.

Codicum varietates secundum Ludwichium attulimus (Ar. Hom. Textkritik I p. 532 n. ad l. 2), quod Dindorf. I p. 147, 5 sqq. c. not. parum accurate se gessit (cf. etiam Schrader., Porph. Od. quaest. p. 153 sqq.). Scholia vero codicum H et Q artissime inter se conectenda esse et item codicis Q scholiis scholia codicis M proxime accedere Schrader., Porph. Od. quaest. l. m. s. nos edocuit; idem p. 151 sqq. verba
 5 facit de scholiorum codicis T memorabili natura. Nostro loco codex T, cuius verbis corruptis quidem aliorum tamen scholiorum sententia firmatur, cum scholiorum genere codicis M constringendus est.

His ex frustis Lentzium haec verba Herodiana restituit: τὸ „λίσση“ ὀξύνεται γ 293. τινὲς μὲν ὄνομα λήριον τὴν νῦν Βλίσσην καλουμένην, ὃ δὲ Κράτης σὺν τῷ ν γράφει „λίσση“.

Sed Eustathius Cratetem βλίσσην scripsisse testatur; fortasse igitur re vera Crates legit
 10 Βλίσσην? Istum vero non ita fecisse testantur omnia scholia; gravissimum vero est, quod scholion V(M), quamquam Eustathii verbis simillimum est, tamen λίσσην exhibet non βλίσσην. Accedit, quod Eustathius ipse dicit (κατὰ τοὺς παλαιούς) sua se ex scholiis deprompsisse iis, quae hodie habemus, similibus. Igitur certum est hoc βλίσσην, quod Cratetem scripsisse nunc apud Eustathium legimus, nil esse nisi mendum ipsius Eustathii inde exortum, quod scholia, quae legit, in ipsa re
 15 male intellexit. Hoc enim eum fecisse iam ex eo apparet, quod Eustathius etiam nomen a Cretibus tum adhibitum Βλίσσην, non Βλίσσην exscripsit, commotus fortasse scholio quodam, quod erat scholio V(M) persimile. Itaque non vidit apud Cretenses nomen promunturii Βλίσσην etiam Herodiani temporibus vel illius auctoris, quem sequitur, pronuntiatum esse, Cratetem vero nomen λίσσην voluisse, ut recte in scholio V(M) scriptum legimus; nam sine F littera haec Cretae nomina ceteri
 20 Graeci pronuntiare solebant (cf. Brause, Lautlehre der kret. Dial. 1909 p. 42. 56). Igitur actum est de Cratetis scriptura βλίσσην; recte Wachsmuthius p. 48 Eustathii βλίσσην secundum scholia mutavit, qua de re Ludwichius, Ar. hom. Textkrit. p. 532, 9; edit. Odys. ad γ 293 p. 55, addubitare non debuit.

Nos vero scholiis TV et ab Eustathio maxime edocti hoc modo verba Herodiana restituere malumus:

25 τινὲς δὲ ὄνομα λήριον τὴν νῦν παρὰ τοῖς Κρησίν σὺν τῷ β „Βλίσσην“ καλουμένην ἔστι δὲ ἀκροπόριον τῆς Γορτυνίας ὃθεν Κράτης σὺν τῷ ην γράφει „λίσσην.“ καὶ δοκεῖ κατὰ εὐθείαν πιῶσιν ἀρσενικῶς προφέρειν ὁμοίως τῷ „σολήν.“ (cf. Herod. I p. 15, 14; II p. 923, 7 Lentz.)

Crates igitur voluit Homerum hic, ut, ubi Menelai nautae erravissent, quam fieri posset accuratissime
 30 narraretur, illud notum promunturium Cretae commemorasse, quod maxime ad meridiem vergens proculque in mare exiens navibus in tempestatibus cum maximis periculis circumnavigandum erat. Huius promunturii nomen, quod antiquis temporibus apud Cretes Βλίσσην, apud ceteros Graecos λίσσην, postea fortasse λίσσης (cf. infra p. 17 l. 16), Herodiani temporibus apud Cretenses et grammaticos doctos Βλίσσην erat, hodie Lithinos est (cf. Bursian. Geograph. Griechenlands 1872 II p. 567).

35 Crates igitur versum γ 293 sic scripsit:

ἔστι δὲ τις λίσσην ἀλπεία τε εἰς ἄλλα πέτρῃ,

es liegt da ein Kap, Lissen mit Namen und steil ins Meer vorspringend. Illud vero ν addidisse Crates non propterea censendus est, quod hiatum vulgatae formae λίσση ἀλπεία τε vitare ei in animo erat, sed ideo, quod illud nomen geographicum grammatico notum erat. Hoc autem loco optime cognoscere
 40 licet, quantopere Crates summi ipsius arbitrium in tractandis Homeri verbis secutus sit: nam quamquam in hoc quidem versu γ 293 haec mutatio, quamvis male propter illud τε, tamen ferri potest, aliis locis (ε 412. κ 4) eandem vocem λίσση non esse nomen proprium Crateti concedendum erat. Quae mutatio sola facta est, ut Crates geographicam quam potuit summam peritiam Homero imponeret. Eodem igitur modo Crates Homerum his in quaestionibus geographicis tractavit: et locorum Graecorum
 45 et locorum a Graecia vel maxime remotorum poeta peritissimus erat.

Quaerentibus autem nobis, quomodo haec sententia Cratetis servata sit, multis verbis opus non est. Eustathii et scholia ex Herodiani libris fluxisse certum est. Herodianum vero

sua aliquo ex libro cuiusdam auctoris, non ex Cratetis libro ipso propterea censemus, quod iam in dissert. nostra p. 65 vidimus Herodianum librum Cratetis ipsum non in manibus habuisse quodque ex ultimis Eustathii verbis Herodiano certe attribuendis καὶ δοκεῖ κατὰ εὐθείαν πτῶσιν ἀρσενικῶς προφέρειν ὁμοίως τῆν „σωλήν“ sequitur, ut Herodianus plura quam ex fonte suo exscripsit de Cratetis doctrina nesciverit. Cui scriptori Herodianus sua debuerit, latet¹⁾. Item notum non est, 5 cur Didymus (cf. supra p. 15 l. 15) vel Aristarchus Cratetem attulerit²⁾. Quae cum ita sint, huius Crateteae mutationis memoria ante Herodianum auctoremque eius non invenitur.

Sed Cratetem hoc nomen proprium sibi non finxisse scimus ex Apollodori Atheniensis κατὰ ἀπολόδορον (cf. Schwartz. in Pauly.-Wissowa. Realencycl. I col. 2869, 58); hoc enim ex libro sua exscripsit Strabo: καὶ Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστιάδος (X 4, 14. C. 479. II p. 405, 5 c. not. Kramer.), ubi 10 cum Coraes. ex Ὀλύσσην procul dubio ὁ λισσῆν³⁾ corrigendum est (cf. Dindorf, Od. schol. I p. 147 not. ad l. 7), quod Kramerus propterea negavit, quod Cratetem Βλισσῆν scripsisse perperam sibi persuaserat. Igitur Crates ipse nomina insulae Cretae geographica accurate perquisivit eo consilio, ut apud Homerum allata inveniret.⁴⁾ Num vero Apollodorus etiam hoc loco Cratetem respexerit, cognosci nequit. 15

Sed Stephanus Byzantius testari videtur Crateti fuisse asseclas: ἔστι τῆς Φαιστιάδος καὶ ὁ καλοῦμενος Λισσῆς. Ὀμηρος: „ἔστι δὲ τις Λισσῆς ἀπειρία τε εἰς ἄλλα πέτρα“ (γ 293) p. 654, 20 Mein. Nisi forte etiam hoc loco nil aliud traditur nisi Cratetis scriptura propter raram nominativi formam depravata. Sed hoc in suspensio relinquendum est, quod argumenta proferri non possunt.⁵⁾

Denique hanc textus quem dicimus mutationem Cratetem in libro explicavisse, non editione 20 sola statuisse per se patet.

FRAGMENTUM XVIII

Menelaus Telemacho domum Menelai cum Iovis aula comparanti suasit, ne hoc faceret; multa enim se passum esse, cum in erroribus has sibi opes parasset:

δ 83 Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεῖς,⁶⁾ 25

84 Αἰθίοπας δ' ἰκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς

85 καὶ Αἰβύην⁷⁾

Agitur de voce Ἐρεμβοὺς et interpretanda et scribenda; nam cum alia illa nomina primo obtutu clara sint, hoc nomen explicatione eget.

¹⁾ Ne ex copiis Americae glossographi haec Cratetea fluxisse statuamus, quamquam Cratetis sententiae 30 optime ad indolem Americae libri περὶ Ἰθρυκῶν γλωσσῶν quadrat, impedimur eo, quod, quando Amerias vixerit, incertum est (cf. dissertat. meam p. 18 c. not. 3). Amerias λισσῆ voce ἕθελος interpretatus est: cf. schol. ad Apoll. Rhod. Argonaut. II 382 (II p. 412, 2, 6 sq. Mehl.) = Et. M. 567, 13 sq. = Et. Florent. p. 207 Miller.; schol. HMQ ad γ 293 (I p. 147, 7/8 Dind.); Hesych. gl. 1133 (III p. 44 Schm.).

²⁾ Viri docti ignoti — sed fortasse hi fuerunt Alexandrini — explicaverunt λισσῆ vel ὁμαλή: 35 cf. schol. HMQV Eust. p. 15 l. 20 all.; schol. Apoll. Rhod. l. 6 = Et. M. l. 13 = Et. Florent.; lex. Ps. Zonar. c. 1311.

³⁾ Hoeck, Kreta I (1823) p. 410 sqq. ὁ λισσῆς scribere praetulit, quod abiciendum est, cum magis a litteris traditis absit. Aliorum sententias vide apud Hey., de dial. Cret. p. 42 qui pariter λισσῆν (vel λισσῶν) 40 pristinum promunturii nomen putat; quod si ex lingua Hebraica derivat, non credimus ei, quamquam accurate indicare non possumus.

⁴⁾ Cratetem etiam historiam nominum in Creta obviatorum indagavisse apparet ex Plinii verbis: Philistides Mallotes et Crates (Cretam) primum Aeriam dictam, deinde postea Curetim (nat. hist. IV 58. I p. 324, 1 Mayh.). Cf. Herodian I p. 342, 17 Lentz. (v. Egenolf, Philol. LXI p. 102.).

⁵⁾ Tertio a Chr. n. saeculo Apollonius Rhodius Homeri λισσῆν adhibebat sensu vulgato: cf. Argonaut. II 382, IV 922. 45

⁶⁾ ἐπ' ἀληθείς, i. e. μετὰ τῆς ἐπιτόμου nonnulli voluerunt secundum schol. V (I p. 181, 9 sq. Dind.) et Eust. 1484, I ante 30, quam sententiam Herodianus videtur servasse (II p. 139, 5 sq. Lentz.). — De aliis codicum varietatibus huc non pertinentibus v. Ludwichii edit.

⁷⁾ Recentiorum virorum doctorum his de versibus sententias vide apud Hergt., die Irrfahrten des Menelaos, Progr. des Maxim.-Gymnas. zu München 1892 p. 11/23. V. etiam commentar. Od. Ameis. et 50 Henze. I p. 99.

Palatinus 45 anno 1201 scriptus¹⁾, Vindobonensis 56 anno 1300 scriptus, Vindobonensis 5 saec. XIV. ἀραβούς exhibent, quae nominis forma Zenonis scripturam Ἀραβάς τε cum vulgata forma coniungit. Alii omnes codices praebent Ἐρεμβούς; papyri vero nondum exstant. Vulgatum verum legerunt Eustathius (1484, 1 ante 60), Stephanus Byzantius (p. 275, 13 Mein.), Porphyrius (p. 44, 19 Schrad.), Herodianus (I p. 139, 18 Lentz.), Dionysius Periegeta (v. 180. 963), Strabo²⁾, Aristonicus in libro περὶ τῆς Μενελάου πλάνης (cf. supra p. 14 l. 27) teste Strabone (I 2, 31. C. 37. I p. 57, 3 Kram.), item Posidonius in eo quo usus est codice (cf. Strab. XVI 4, 27. C. 784. III p. 342, 15 Kram.), Apollodorus (cf. Strab. VII 3, 6. C. 299. II p. 20, 3 sqq. Kram.), Aristarchus (cf. infra p. 21 l. 2), Hipparchus astronomus (Strab. I 2, 20. C. 27. I p. 41, 14 sqq. Kram.; Berger., Hipp. frgmt. p. 76 sq.), Hellanicus, quem maximo iure τὸν χωρίζοντα putabis (cf. Susemihl., Alex. Litt.-Gesch. II p. 150 n. 8.)³⁾ Praeterea hunc Homeri versum spectavit Cratinus, comicus quinti a. Chr. n. saeculi poeta, in Seriphiiis (cf. Steph. Byz., 237, 21 Mein.; Kock., C. G. F. I p. 76. frg. 208, 1).

Hellamico iam proluserat Zeno Cittiensis philosophus Stoicae sectae conditor⁴⁾, qui, cum vocem Ἐρεμβούς Arabum nomine interpretaretur, hoc nomen et ipsum ab Homero exprimi volebat; quapropter id, quod legi solebat, Ἐρεμβούς in Ἀραβάς τε mutavit: ecce negligentia, qua Stoici in verbis Homeri traditis erant. Inspice quae Strabo habet de Zenonis doctrina ex Posidonio I 2, 34. C. 41. I p. 26, 21 sqq. Kram.; XVI 4, 27. C. 784. III p. 342, 12 sqq. Kram.⁵⁾ et ex Apollodori Atheniensis⁶⁾ περὶ νεῶν καταλόγῳ VII 3, 6. C. 299. II p. 20, 3 sqq. Kram.⁷⁾

Quod igitur Crateti grammatico Stoico Ἐρεμβούς, quae vox tradita legebatur, suo loco non esse persuasum erat, non est, cur mireris. Versum δ 84 et interpretando et mutando tentavit; nam ea considera, quae sequuntur (cf. Wachsmuth. p. 48):

Strab. ex Posidon. XVI, 4, 27. C. 784. III p. 343, 4 sq. Kram.	Schol. H M Q R ad δ 84 (I p. 181, 16 Dind.)	Schol. V = sch. H M T E Vindob. ¹⁰⁾ Eust. 1484, 66. Et. Gud. c. 205, 30/1	Et. Magn. c. 370, 43/5 ¹⁶⁾ = Et. Flor. p. 125 Mill.
25 οὐδ' οἱ „Ἐρεμβούς“ γράφοντες πιθανοί (τῶν γὰρ Αἰθιοπίων μᾶλλον ἴδιον: Posidonii verba sunt contra Cratetem pugnantis ⁸⁾).	τινὲς δὲ γράφουσιν „Ἐρεμβούς“ ὁ ἔστι τὸν Ἰνδοῦς.	Ἐρεμβούς] οἱ δὲ τοὺς Ἰνδοῦς ¹¹⁾ παρὰ τὸ ἔρεβος: μέλανες γὰρ ¹²⁾ ὄντων καὶ Κράτης ¹³⁾ „Ἐρεμβούς“ ¹⁴⁾ γράφει. ¹⁵⁾	Κράτης δὲ „Ἐρεμβούς“ γράφει καὶ ἀποδίδωσι τοὺς Ἰνδοῦς, ἐπεὶ μέλανες οἶντοι. ¹⁷⁾

¹⁾ Ἐρεμβούς P² in margine: cf. Mollhuysen, de tribus ant. Odysseae codd., 1896, p. 46.

²⁾ Cf. I 1, 16 C. 8. I p. 13, 29 Kram.; v. etiam I 2, 22 C. 30. I p. 45, 13 Kram., ubi Strabo contra Posidonium pugnat. Censet Strabo, hac in re Posidonium imprimis secutus (XVI 4, 27. C. 784. III p. 432, 15 sqq. Kram.), hoc nomen de Arabibus dictum esse: I 2, 34. C. 41. I p. 62, 20 Kram.

35 ³⁾ Hellanicus secundum Et. Magn. p. 370, 41 sq. Ἐρεμβούς intellexit τοὺς Ἀραβας, qua ex re eum Ἐρεμβούς legisse et scripsisse apparet. — De nostro loco nil invenitur apud Gudeman., Pauly.-Wissowa., RE VIII c. 153, 61 sqq.

⁴⁾ Cf. contra Schmidt., Philol. III p. 438 rectissime Maass. in Kießling.-Wilamowitz., philol. Untersuch. III p. 34 sq.

40 ⁵⁾ His duobus locis hanc notitiam de Zenonis scriptura Strabonem Posidonio debere sequitur ex eo, quod ambobus locis Posidonius eadem de re tractans statim a Strabone affertur. Praeterea iam vidimus (cf. supra p. 10 sq.) Posidonium adamare, si Homeri versum quemdam adhibet, scripturas a vulgata forma alienas breviter verbis suis inspergere (cf. de Cratetis scriptura Ἐρεμβούς infra p. 18 l. 26; 20 l. 15).

⁶⁾ cf. Schwartz. in Pauly.-Wissowa., Realencycl. I col. 2864, 27; 2865, 60. Censemus igitur, ut Strabo facere solebat (cf. ibid., col. 2865, 17 sqq. et supra frg. XVI p. 13 sq.), eandem Zenonis scripturam ex duobus scriptoribus attulisse et Posidonii Stoici et Apollodori grammatici Alexandrinis attribuendi.

⁷⁾ Ex Strabone sua exscripsit Eustathius ad v. 1484, 64; praeterea cf. schol. H M ad v. (I p. 182, 3 Dindorf.); schol. E V ad v. (I p. 182, 8 Dindorf.)

50 ⁸⁾ Eustathius ex Strabone haec exscripsit: ὁ δὲ γεωγράφος ἀπέγων ἐντέθεν τὴν τοιαύτην (scil. Cratetis) γραφὴν λέγει . . . 1485, 1; ib., l. 3: τὸ δὲ „Ἐρεμβούς“ γραφὴν οὐ πιθανὴν Αἰθιοπίων γὰρ, φησι (scil. ὁ γεωγράφος, rectius ὁ Ποσειδώνιος), τοῦτο μᾶλλον ἴδιον. — Balsamo, riv. di filol. XXXI, 1903, haec Straboniana non respexit. — De Posidonio v. infra p. 20 l. 13 sqq.

Scriptis igitur pro vulgato Ἐρεμβούς Crates Ἐρεμνός, quod nomen a voce ἔρεβος κατὰ συγκοπὴν derivabat; cf. enim Et. Magn. c. 370, 46: ἔρεμνὴ ἢ σιοτεινὴ· παρὰ τοῦ ἔρεβος, ἔρεβεννὴ καὶ κατὰ συγκοπὴν ἔρεμνὴ· Καὶ ἔρεμνός; quod ultimum vocabulum sine dubio ad hanc Cratetis coniecturam pertinet¹⁾. Propter hoc veriloquium Eremnos idem significare ac nigros homines Crates contendit. Sed quaeris, ubi secundum Cratetem hi Eremni habitaverint? Crates re vera censuit eos ab Homero non diversos putatos esse ab eis, qui grammatici temporibus Indi a Graecis vocabantur. Quos igitur nigros esse Crates falso sibi persuaserat. Praeterea plus de Indorum genere ac natione videtur Crates hoc loco protulisse: inspicere enim Plinii verba: Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat (n. hist. VII 28. II p. 11, 2 sqq. Mayh.).

Ergo usque ad Indos Menelaum, cum in errores incidisset, cum navibus venisse Crates affirmavit, quod praeterea scimus ex Aristonici libro περὶ τῆς Μενελάου πλάνης (cf. supra p. 14 l. 27 sqq.): οἱ μὲν (Crates, alii) δὴ πλεῖσαι φησάντιες εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, οἱ μὲν (i. e. Crates) περιπλοῦν τῶν²⁾ διὰ Γαδείρων μέχρι τῆς Ἰνδικῆς εἰσάγουσιν³⁾, ἅμα καὶ τὸν χρόνον τῆς πλάνης συνοικειοῦντες, ὃν φησιν, ὅτι „ὄγδοάτω ἔτει ἤλθον (δ 82 . . .)“, . . . οὔτε δ' ὁ περιπλοῦς ἀναγκαῖος, ὃν Κράτης εἰσαγεῖ (Strab. I 2, 31. C. 38. I p. 57, 13 sqq. Kram.)⁴⁾, quae verba Berger., Gesch. d. wissenschaftl. Erdkundē bei den Griechen²⁾, p. 446 sq. recte interpretatus est (cf. supra p. 14 n. 4). Latet vero frustulum Crateteae doctrinae etiam in his verbis Strabonis, quae item ex Aristonici libro desumpta sunt: τίς δὲ καὶ χρηματισμός παρὰ τῶν ἔξω καὶ κατὰ τὸν ὠκεανὸν Αἰθιοπίων; nam aurum, electrum, argentum, ebur secundum versum δ 73 in aula Menelai erat, quae omnia Aethiopicis historicis desunt. Νῆ Δία, ἀλλ' ἢ Ἀραβία προσῆν καὶ τὰ μεχρὶ τῆς Ἰνδικῆς⁵⁾· τοῦτων δ' ἡ μὲν εὐδαίμων κέκληται μόνη τῶν ἀπασῶν, τὴν δὲ, εἰ καὶ μὴ ὀνομασίῃ καλοῦσιν, οὔτως ἐπολαμβάνονσι γε καὶ ἱστοροῦσιν, ὡς εὐδαίμονεσιάντην (I 2, 32. C. 39. I p. 58, 28 sqq. Kram.). Quibus ex verbis apparet Cratetem Παναϊθίοπας, ut ita dicam, ad Oceanum sub tropicis habitantes non solum bipartitos, sed etiam ab oriente usque ad occidentem re vera tripartitos apud Homerum esse censuisse: Eremnos, Arabes, Aethiopes in Africa sedentes⁶⁾. Nunc vero cognosci possunt, quae obscure leguntur in Chrestomath. Strabonis lib. I: ὅτι [τὸ] α 23/24 Κράτης μὲν ἐξηγεῖται, ὅτι ἡ μεγάλη τῆς Ἰν-

⁹⁾ Sic cod. M; alii perperam οἱ δὲ . . .

¹⁰⁾ Cf. Ludwich., Ar. hom. Textkritik I p. 538, 20 sqq.; Dindorf. I p. 182, l. 6.

¹¹⁾ Eustathius ex eo, quod ipse lemme Ἐρεμβούς initio caret, priora verba sic scripsit: τινὲς δὲ Ἐρεμβούς τοὺς Ἰνδοὺς νοοῦσι παρὰ . . .

¹²⁾ Per errores scribarum Τ μέλαν, Et. Gud. μέλανος. Haec Eustathius sub fine demum post Cratetis nomen addidit: ὃ ἐστὶ μέλανος.

¹³⁾ cod. T κρατες.

¹⁴⁾ τοὺς ante Ἐρεμνός perperam inseruerunt H. M.; Ἐρεμνός falso accentu V E.

¹⁵⁾ Haec ultima verba post vocem ἔρεβος posita Eustathio libuit sic transformare: διὰ Ἐρεμνός γράφει ὁ Κράτης. Haec omnia omisit Et. Gud.

¹⁶⁾ Scriptor Et. Magn. sua ex eodem scholiorum genere ac scholiorum V scriba petivit, sed, quod magis mutavit, seorsim edidimus.

¹⁷⁾ Vestigium doctrinae Cratetis etiam in scholiis ad Dionys. Perieget v. 180 servata est Ἐρεμβούς δὲ τῶν ἐτέρων λέγει (ὁ ποιητής) τῶν θητιῶν . . . εἰσὶ γὰρ καὶ ἀνατολιῶν Ἰνδοὶ καλούμενοι (p. 336, 35 Bernhardt.).

¹⁾ Cf. etiam schol. Apoll. Rhod. I 219 (II p. 317, 21 sq. Mekler.).

²⁾ τῶν Bl, τῶν superser. ἢ A.

³⁾ Cf. ex Strabone nominatim exscripta apud Eustathium ad δ 84 (1484, 44).

⁴⁾ Quae hoc Strabonis loco leguntur causae contra Cratetis doctrinam prolatae, ex Posidonii libris ab Aristonico allatas esse censemus. Doctrinam vero Alexandrinorum Crateti adversariam Strabo praebet his verbis: τὴν μὲν οὖν Ἰνδικὴν οἶκ' οἶδεν Ὀμηρος, εἰδώς δὲ ἔρεμνιτο ἄν (I 2, 32. C. 39. I p. 59, 9 sq. Kram.).

⁵⁾ Haec vertenda sunt: Beim Zeus, Arabien gehörte doch dazu (nämlich zu den Aethiopen) und die Landmasse bis nach Indien.

⁶⁾ Quomodo haec verba cohaereant cum Strabonis verbis in § 35. C. 42. I p. 64, 17 sqq. Kram. Crateti fortasse attribuendis, alio loco investigabimus. Sed de his singulis civitatibus Cratetem plura protulisse testis est Plinius: Trogodytas super Aethiopiam velociore equis esse Pergamenus Crates, item Aethiopas octona cubita longitudine excedere; Syrbotas vocari gentem eam (n. hist. VII 31. II p. 12, 1 sqq. Mayh.); cf. iam Herod IV 183.

διζῆς θάλασσα μεσεμβολοῦσα τοὺς Αἰθίοπας ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμᾶς ποιεῖ ἀντοὺς δίχα δεδαΐσ-
 δαι (III p. 457 Kram.): i. e. Indos in Asia, Arabes Aethiopesque in Africa. Quae quamquam
 sententiam Crateteam in capite 2 § 24 a Strabone tractatam non praebere certum est (cf. supra
 fragmentum XVI), tamen nunc manifestum est, quomodo haec verba cum Cratetis sententia ab
 5 Aristonico nobis servata coniungenda sint.

Crates igitur veritus non est affirmare Homerum iam Indos nosse, quamquam Graecos
 quinto demum a. Chr. n. saeculo ineunte de Indis nonnulla comperisse certum est. Tales nugae
 Crates, doctrina de geographica Homeri plena scientia praeoccupatus, poetae imponere ausus est, pan-
 lulum exinde excusatus, quod nomini ignoto obscuroque lucem afferre ex notitia nova, quae quodam-
 10 modo apta videtur, conamen haud spernendum est.

Iam vero quaeramus necesse est, unde promanaverint verba, quibus verbis de Cratetis
 scriptura Ἐρεμῶνς certiores fimus.

Primum iam ex eorum forma ac natura apparet ex commentario critico et exegetico sumpta
 ea esse. Deinde certe statui potest, unde Strabonis verba (cf. supra p. 18, l. 23) sumpta sint. Posidonio
 15 enim ideo non eripi possunt, quod Posidonii verba haec verba et praecedunt et subsequuntur et
 quod demonstrari potest oppugnationem Cratetis, quae in verbis τῶν γὰρ Αἰθίοπων μᾶλλον ἴδιον
 inest, ex Posidonii ipsius doctrina esse. Nam cum Posidonius putaverit τοὺς Ἰνδοὺς τῶν Αἰθίο-
 πων διαφέρειν τῶν¹⁾ ἐν τῇ Αἰβύῃ· εὐγενεστέρους (i. e. schöner gewachsen) γὰρ εἶναι καὶ ἥτιον
 εὐρεσθαι τῇ ξηρασίᾳ τοῦ περιέχοντος· διὸ καὶ Ὀμηρον πάντας λέγοντα Αἰθίοπας δίχα διελεῖν
 20 (Strab. II 3, 7. C. 103. I p. 154, 15 sqq. Kram.), constat Posidonium Indos partem Aethiopum omnium
 raturum, cum magis ad septentrionem versus sedes incolerent, solis calore minus nigros factos esse
 censuisse; itaque Strabonis loco XVI 4, 27 Posidonius contra Cratetem dixit Ἐρεμῶνς nomen magis
 ad nigros ipsos Africae Aethiopes quadrare quam ad Indos, qui non tam nigro essent colore. Posi-
 sidonius igitur Cratetis quidem Homeri vocabuli mutationem sprexit, doctrinam, qua Homerum Indos
 25 nosse Crates affirmaverat, non reliquit. Sed in versus δ 84 nomine Ἐρεμῶνς tractando Posi-
 donius aliam atque Crates sententiam professus est, cum censuit nomen Ἐρεμῶνς post Homeri tem-
 pora mutatum esse²⁾: intellexisse enim Homerum Arabes, qui Arabiam, ut ita dicamus, occidentalem
 incolerent, quos Menelaus item atque Africae Aethiopes Thebis ex urbe Aegyptiorum visitavisset.³⁾
 Nominis vero formam Homericam etiam Posidonius mutavit neque tamen funditus delevit (τὴν γρά-
 30 φῆν... ζινεῖν Strab. I p. 62, 24 Kram.), sed una tantum in littera aliter scripsit (παραγραμμαιζῶν
 Strab. I p. 63, 2 Kram.; cf. Strab. XVI 4, 27. C. 784. III p. 342, 15 Kram.): voluit enim legere Ἐραμ-
 βῶνς⁴⁾, quod explicavit εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν; quos postea Troglodytes (Höhlenbewohner) nomi-
 natos esse (cf. etiam Strab. I 1, 3. C. 2. I p. 4, 30 Kram.).⁵⁾

35 ¹⁾ ὄντων libr.; corr. Cor.

²⁾ Cf. Strab. I 2, 34. C. 41. I p. 63, 2—64, 16 Kram. et XVI 4, 27. C. 784. III p. 342, 17—343, 20 Kram.

³⁾ Totam paragraphum 34 (I p. 63, 2—64, 16 Kram.) Posidonii esse et ex ipso sententiarum conexu
 et ex altero Strabonis simillimo loco (XVI 4, 27. C. 784. III p. 342, 3—343, 20 Kram.) certum est. Nimis igitur
 dubitanter hac in re se gessit Bake., l. s. s. p. 113 sq.

40 ⁴⁾ Apud Strabonem XVI 4, 27. III p. 342, 16 et 21 in codd. scriptum est Ἐρεμῶνς, i. e. vulgata
 Homericæ nominis forma; sed in margine cod. Vatic. 1329 ad l. 21 scriptum est: ση ἐν ἄλλῳ... τοὺς δὲ Ἐραμβῶνς.
 Hanc vero esse Posidonii scripturam omnes adhuc, quantum scimus, crediderunt (cf. e. g. Leeuwen, et da Costa.,
 Od. ed. I p. 69 ad v.). Sed primum, si Ἐραμβῶνς rectum esset, neque mutatio Posidonii parvula (τῶ παρα-
 γραμμοῦ ἀλλάξει Strab. XVI 4, 27. III p. 342, 15 Kram.) esset neque Posidonius τοὺς παραγραμμαιζῶντων (Strab. I 2, 34,
 45 I p. 63, 2 Kram.) inseri posset. Tum non quadrat ad Ἐραμβῶνς Posidonii veriloquentia, quae recte legitur, si
 nominis forma est Ἐραμβῶνς vel Ἐρεμῶνς. Deinde scripta sunt in scholiis codd. H M Q R ad δ 84 (I p. 181, 27.
 Dind.): εἰνοι δὲ διὰ τοῦ α γραφοῦσιν, quae verba ad unum α referenda sunt. Denique, quo res profligatur,
 codex M post haec verba exhibet Ἐραμβῶνς, alii codices Ἐραμβῶνς. Corruptela igitur apud Strabonem inest
 in priore α notae illius marginalis codicis Vaticani, quod non mireris, cum etiam nomen, quod praecedit,
 50 Ἐραμβῶνς non integrum (ἄρ μάλονς) scriptum sit.

⁵⁾ Hoc veriloquium in scholiis saepe affertur: schol. B E ad δ 84 (I p. 181, 13 Dind.); schol. H M Q R
 (ib. 181, 17); schol. E V (ib. p. 182, 4); schol. H M (ib. p. 181, 22 sq.). Qui loci in eo memorabiles sunt, quod
 Troglodytes nominantur nomine recentissimorum temporum Σαρρακοῖσι. Hoc vero nomine caret schol. Vindob.

Denique quaerendum nobis est, unde scholia et ea, quae Et. Magn. praebet, servata sint. Quod ut possimus iudicare, primum nobis statuendum est, quid Aristarchus hoc in versu censuerit. Aristarchum enim, qua erat natura atque his in rebus ratione critica, scripturam mutasse, de qua Posidonius quamvis παραγραμματοῖζων et ipse dicere debuit: τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν¹⁾ παλαιῶν οὖσαν (Strab. I 2, 34. c. 41. I p. 62, 24 Kram.). veri simile non est; accedunt ea, quae Aristonicus de India et Arabia ab Homero nondum cognitis ex Aristarchi opibus praebet (Strab. I 2, 32. C. 39. I p. 59, 9 sqq. Kram.), et ea, quae Apollodorus de inscitia Homeri geographica affert (Strab. VII, 3, 6. C. 299. II p. 19, 24 sqq. Kram.). Neque enim credendum est scholiis HQMR ad δ 84 (I p. 181, 16 Dind.): Ἀρίσταρχος Ἐρεμβοῦς τοὺς Ἀραβας ἀκούει, quae Eustathius ex scholiis sic exscripsit: Ἀρίσταρχος δέ, φασί, καὶ αὐτὸς Ἐρεμβοῦς (sic) τοὺς Ἀραβας νοεῖ (1485, 6), propter Apollodori sententiam modo allatam, qui τὴν Ἀραβίαν Homerum nunquam commemorasse affirmat (cf. Lehrs. p. 249. Ludwich., Ar. Hom. Textkritik I p. 539, 20). Quae cum ita sint, statuendum est Aristarchum Ἐρεμβοῦς legisse atque censuisse Homerum eos sibi finxisse ut alia multa (cf. Apollod. apud Strab. I 2, 24. C. 31. I p. 48 1—5 Kram.).²⁾

Tum nobis statuendum est, nonne Aristarchus Cratetis mutationem tractaverit. Quamquam autem, quomodo Didymus hoc loco in afferendis Aristarcheis verbis se gesserit, prorsus obrutum est (cf. Ludwich., Ar. Hom. Textkr. I p. 538, 20 sqq.), tamen ex Aristonici περὶ τῆς Μενελάου πλάνης libro certum est Aristarchum Cratetis conamen reiecissee: adscripsit enim Aristonicus Homerum Indiam omnino nondum novisse, quam sententiam ab Aristarchi ratione critica non alienam Aristonico procul dubio Aristarchus ipse suppeditaverat. Quapropter etiam hac in re discrimen inter Aristarchum et Cratetem erat, cuius memoria in scholiis HMQR, quod interpretationem magis spectant, ex Aristonico servata est.³⁾

Denique reliquum est statuere, unde fluxerint ea, quae exhibent et schol. vulg. et Et. Magn. Conicimus propter additum veriloquium παρὰ τὸ ἔρεβος et ex collato Et. Magn. loco c. 370, 46 horum fragmentorum auctorem Herodianum fuisse.

Quapropter ex libris Aristarcheorum adversariorum et ex Posidonii quodammodo asseclae Cratetis mutationis memoria nobis servata est. Posidonium vero et Aristarchum librum Cratetis ipsum in manibus habuisse censemus, quod apud Aristonicum et Herodianum negamus; quorum utrumque ex Aristarchi opibus sua sumpsisse arbitramur, praeterea Aristonico περὶ τῆς Μενελάου πλάνης scribenti Posidonii scripta ad manus fuerunt.⁴⁾

(I p. 181 nota ad l. 22 Dind.), quod pro ἔρεβος perperam ἐρεβόων praebet. Dionysius vero Periegeta, quamquam Troglodytos et Erembos eosdem esse cum Posidonio affirmavit, in nominis forma tamen cum Homero congruit (v. 180. 963).

¹⁾ Hoc a Posidonio dictum est propter Zenonis veteris Stoici mutationem Ἀραβας τε.

²⁾ Conicimus in scholiis HQMR scribendum esse: Ἀρίσταρχος Ἐρεμβοῦς (οὐ) τοὺς Ἀραβας ἀκούει, cuius doctrinae frustulum restat in ἐκλογαῖς διαγοῶων λέξεων: Ἐρεμβοῖ· οἱ Ἀραβες οὐ καλῶς (Cramer. An. Ox. II p. 435, 30 sq.). De lubrica scholiorum natura inspicere nunc: Roemer., Aristarchs Athetesen in der Homerkritik, 1912.

³⁾ Putamus Aristarchum etiam contra Zenonis mutationem verba fecisse: nam primum quidem certum est Apollodorum apud Strab. VII C. 299 verba οὐ δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ τὸν ὠκεανόν, quae Zenonis memoriam praecedunt ex Aristarchea doctrina scripsisse; itaque iam per se veri est simile Apollodorum hanc Zenonis scripturam apud Aristarchum invenisse, quem, si contra Homeri terrarum remotarum notitiam pugnavit, hunc Zenonis conatum refutare necessarium erat. Tum subsequitur in codicis M scholio Aristarcheam doctrinam secundum Dindorf. I p. 181 not. ad l. 22 statim Zenonis doctrina; quem ordinem recte se habere demonstratur schol. HM (ib. p. 182, 3) et EV (ib. p. 182, 8). Denique restare fragmentum Aristarcheae contra Zenonem oppugnationis nobis persuasum est in ἐκλογαῖς διαγοῶων λέξεων: Ἐρεμβοῖ· οἱ Ἀραβες οὐ καλῶς (Cramer., An. Ox. II p. 435, 30 sq.). Ergo Aristarchus Zenonis lectionem refellisse putandus est. Quam nobis iudicibus iam Crates Stoicus ex Zenonis libris προβλημάτων Ὀμηρικῶν εἰ (cf. Wachsmuth., de Zen. et Cleanthe, ind. lect. Gott. 1874 p. 4 ex Diog. Laert. VII, 4) commemoraverat, quoniam et ipse hoc loco, sed aliter mutavit. — Cf. de Zenonis studiis Homericis: Arnim., Stoicorum veterum fragmenta I p. 63.

⁴⁾ De Sidoniis quid statuerit Crates, adhuc latet; neque enim, quae Berger. l. s. s p. 448 de eis profert, demonstrari possunt; sed Cratetem censuisse eos in Oceano habitasse necesse est. Aristarchi de Sidoniis sententiam vide in scholio B ad ψ 743 (IV p. 328, 23 Dind.) et scholio T (VI p. 438, 12 Maass.) et apud Eust. ad v. (1327, 44). Cf. Strabonem, qui cum Aristonico, non Apollodoro, ut Schrader., Porph. Od. quaest. p. 44 not. ad l. 19 ratus est, fecit. (I 2, 23. C. 40. I p. 60, 23 sqq. Kram.)

FRAGMENTUM XIX

Helena, cum de Ulixē Achaeorum speculatore enarrat, Ulixem Trojae in urbe multos Trojanos occidisse dicit; qua de re Troicas feminas vehementissime questas esse:

δ 259 αὐτὰρ ἐμὸν χῆρ
260 χαῖρ', ἐπεὶ ἤδη μοι κραδίη τέτραπτο νέεσθαι.

In hoc ἐπεὶ ἤδη codices variant; cum reliqui praebeant ἐπεὶ ἤδη cum Aristarcho (cf. Herodian. II p. 140, 3 sq. Lentz.)¹⁾, cod. Paris. 2403 ἐπεὶ δὴ habet, quod ut pro ἐπεὶ δὴ accipias, suadent et scriptura cod. Vindob. 5 et scholii codicis E lemma ad v. (I p. 200, 7 Dindorf.): ἐπεὶ δὴ . . .²⁾ Denique manus tertia cod. Harleian. 5674 vulgatam formam corripuit in ἐπεὶ ἤ δὴ . . ., quod Cratetis scripturam esse videbimus. Eustathius vero vulgatam legit (ad δ 244, 1494, 34); quid hoc in versu exhibeat pap. Oxyrh. 953 (Oxyrh. pap. VI p. 316), notum non est; versus alibi non affertur.

Ex scholiis vero Herodianeis codicum H et Q, quae hoc loco Crates statuerit, scimus (cf. περὶ Ὀδυσσεϊκῆς προσωδίας II p. 140, 4 Lentz.):

Κράτης δὲ δύο ποιῆ H³⁾ καὶ IH⁴⁾· διὸ καὶ περισπᾶται⁵⁾ τὸ ἤ⁶⁾.

15 Apparet Cratetem illud ἤδη χρονικὸν vitare voluisse, cum scripsit ac distinxit ἤ δί'. Neque enim intellexit: Mein Innres freute sich, da sich mir schon das Herz der Heimkehr zugewandt hatte, sed voluit: Mein Innres freute sich, da fürwahr nun mir sich das Herz der Heimkehr zugewandt hatte. Causa vero, cur hoc grammaticus Pergamenus fecerit, certa pronuntiari nequit. Sed hoc conicere liceat: Illo ἤδη Helena confiteretur se quondam sua sponte et libentem, quamvis a dea Venere 20 commotam, Paridem secutam esse; Crates vero arbitratus est illo ἤ δί', fürwahr, wirklich nun, posse evitari, ne Helena talis putetur neve postea demum, ante hoc Ulixis iter speculatorium, eam paenituerit, quae fecisset⁷⁾. Hoc enim quamquam ab Helena in Γ 174 pronuntiari certum est, Crateti tamen nostra sententia persuasum erat Helenam ipsam hoc dicere non posse marito praesente. Igitur ab illis stat Crates, qui Helenam perductor olim obsecutam excusent; quos iam apud Homerum ipsum 25 observes diasceustas: cf. Roemer., Aristarchs Athetesen, p. 399 sqq.⁸⁾

Praeterea Crateti mirum videtur fuisse, cur Helena hic diceret „iam“ se paenituisse illius facinoris, quamquam ea, quae hoc loco enarrat, ex fine belli Troici sunt (cf. Pauly.-Wissowa, RE VII s. v. Helene col. 2833, 21 sqq.). Videmus igitur Cratetem, cum suam sententiam proponeret, nondum accurate usu Homérico adverbii ἤδη innotuisse, quod item coniungitur cum tempore futuro et praesenti 30 et perfecto (cf. Eustath. ad v. A 260 (100, 4) et ad v. A 820 (886, 45); comment. Heliodor. in artis Dionys. § 19, p. 97, 7 sqq. Hilgard; Apoll. Soph. 82, 16 B. = Et. M. c. 4 19, 6 = Et. Flor. p. 142 Mill.)

¹⁾ Recte Lentz. Porsoni coniecturam ἀμεινον τὸ ἤδη (pro τὸν δὴ) χρονικῶς δέχεσθαι κατὰ Ἀριστάρχου accepit. Haec enim verba hoc modo intellegenda sunt; hae tres litterae ΗΙΗ melius χρονικῶς excipiuntur; itaque non offendit, quod apud Herodianum scriptum est ἤδη, quod omnino non aliter atque hac ratione 35 percipi potest, χρονικῶς accipiendum esse. Praeterea hoc modo illi Cratetis rationi δύο ποιῶντος opposita est doctrina Aristarchi, qui legit ἐν ποιῶν ἤδη, non et ipse δύο ποιῶν ἐπιη δί'. Quae monuimus contra Wachsmuth., p. 29 n. 3 et Dind. I p. 200 n. ad l. 3.

²⁾ Haec ἐπέκτασις ἐπιη explicatur: τὸ η ἀπονομασῶς; schol. E ad δ 260. Cuius sit haec explicatio, latet; certe non est Aristarchi. Sed inspicias Eustath. ad A 54 (45, 4): οὐ δὲ ἐπέκτασις (Wortverlängerung) 40 ποιῆ . . . καὶ τὸ η . . . ἐπιη ἀπὸ τοῦ ἐπιηδῆ . . ., quae Eustathius κατὰ τὸν τεχνικὸν Γεώργιον exscripsit, i. e. Georgios Choiroboskos, sexti saeculi grammaticus (Pauly.-Wissowa., RE VI col. 1469, 64; 1473, 11 sqq.).

³⁾ cod. Q η H ἤ. Nos magnas litteras restituimus.

⁴⁾ Codices δί'.

⁵⁾ Sic codices; perperam secundum coniecturam Dindorffii περισπᾶ Wachsmuth. p. 48 n. ad l. 26 et 45 Lentz. l. s. s. Facile vero subaudiendum est ἐπ' αὐτοῦ.

⁶⁾ cod. Q ἤ H ἤ.

⁷⁾ Hoc modo lectionem vulgatam Eustathius explicat; ad v. δ 244 (1494, 37 sq.).

⁸⁾ Cf. hac de re Lehrs., popul. Aufsätze, p. 1 sqq.; Roscher., lex. mytholog. s. v. Helena I col. 1940 sqq.

Crateti vero multo melius videbatur ἡ βεβαιωτικῆ¹⁾ uti eo consilio, ut aliquatenus Helena opprobrio liberaretur. Hoc autem Crates posuit et secundum versus A 518 et 573, ubi ἡ δὴ vel ἡδὴ legere possis (v. Ludwich. ed. ad versus) et secundum multa exempla vocabulorum ἐπεὶ ἡ (cf. Ebeling., lex. hom. c. 437 a; Gehring., indic. Hom. c. 295; vide etiam Herodian. e. g. ad Y 251 = II p. 114, 18 Lentz.; Lehrs., quaest. ep., p. 62.). Sed tamen totum usum loquendi Homericum Crates non perspexerat — quam necessaria erant quamque utilia Alexandrinorum, imprimis Aristarchi, studia accurata, a Crateteis tantopere illusa²⁾ —: nam inspicere Herodianum, qui Aristarchi ἡδὴ multo melius esse hac causa demonstravit: οὐδέποτε δὲ ὁ „ἡ“ ὡν βεβαιωτικῶς μεταξὺ τοῦ „ἐπεὶ“ καὶ τοῦ „ἡδὴ“ ἠύρξεθῃ (scil. apud Homerum ab Aristarcho)³⁾. Quod cum etiam nobis iudicibus ita apud Homerum se habeat et nihil secundum Homeri ipsius de Helena sententiam contra ἡδὴ vulgo acceptum proferri possit, Cratetis autem ἐπεὶ ἡ δὴ, quamvis conamen sagaciter et caute excogitatum, tamen contra Homeri usum sit, cum Aristarcho etiam nobis, ut Herodiano, faciendum erit.

Postremum si quaestionem instituimus, quis Herodiano Cratetis memoriam subministraverit, nos retinere non possumus, quin suspicemur Aristarchum ipsum iam contra Cratetem hoc loco pugnavisse. Nam quam causam Herodianus affert, cur Aristarchi sententia superet Cratetis, qua causa et ipse Herodianus, ut Aristarchum subsequatur, maxime commovetur, ita prae se fert Aristarchi naturam Homericus usus dicendi prudentissime atque accuratissime investigantis, ut etiam ea putanda sit ex Aristarchi opibus fluxisse, ex quibus Herodianus sua sumpsit. Accedit, quod Aristarchus sibi defendendam paravit vulgatam lectionem, eam igitur, quam Crates reliquerat; quare differentiam fuisse inter coryphaeos ipsos certum fit.

Quapropter haec omnia ex libris Aristarchi ipsius, qui Cratetis librum inspexit et διπλῶς notam versui δ 260 pugnantem contra Cratetem adscripsit, in Herodiani libros traducta sunt; Herodiano, qui Cratetis librum iam non in manibus habuit, cum causas, quibus Crates ut mutaret commotus est, non traderet, nihil debetur nisi id, quod Aristarchum rectum vidisse decertavit.

Unde vero corrector codicis Harleiani, cuius de natura ac praestantia Schrader., Porph. Od. quaest. p. 141 sqq. egit, commotus sit, ut vulgatum ἡδὴ in ἡ δὴ Crateteum (cf. La Roche., edit. p. 74) corrigeret, vix certe dici potest; fortasse ex verbis scholii versibus adscripti hanc sibi notitiam paravit.

Non dubitamus, quin ex hoc uno testimonio, quod recentius quam decimum tertium saeculum est, nihil de editione Cratetea concludi possit.

FRAGMENTUM XX

Telemacho, qui equis Menelai repudiatis aliud donum sibi postulaverat, Menelaus respondet:

δ 611 αἶματός εἰς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος, οἷ' ἀγορεύεις.

Ἀγαθοῖο omnes manuscripti praebent, quod etiam legerunt Eustathius⁴⁾ 1511, 31, auctor Et. Magn., c. 34, 28, Charax, grammaticus VI. saeculi (Bekker., An. Graec. p. 1151), scholiorum auctores et Q T ad Θ 166 (I p. 367, 18 sq. Dindorf.) et Q ad Θ 583 (I p. 402, 17 Dind.), Herodianus (I p. 431, 14; II p. 830, 23. 950, 6), Apollonius Dyscolus περὶ ἐπιρρημάτων I p. 147, 4 Schneider. Papyri vero nondum inventae sunt. Veterum citationes nobis praesto non sunt praeter locum Stobaei II 31, 125 (II p. 243, 9 Wachsm.), ubi Musonius Stoicus prima p. Chr. n. saeculi philosophus (cf. Zeller., III 1.³

¹⁾ Cf. de hoc epirrhemate e. g. schol. in Dion. Thrac. art. gram. p. 101, 28. 441, 25 Hilgard.

²⁾ Cf. Herodici Cratetis satellitis acerbissimum epigramma apud Athen. V p. 222 a contra Aristarcheos monosyllabos.

³⁾ Quomodo haec in scholiis H Q scripta sint, perlegas apud Dindorf. I p. 200 not. ad l. 3.

⁴⁾ Byzantinorum temporibus omnes vulgatam versus formam legisse testantur loci hi: Bachmann., An. Gr. II p. 144, 25 ex Maximo Planude (cf. Krumbacher. Byz. Litt. Gesch.² p. 543 sqq.); Cramer., An. Ox. Gr. III p. 194, 7. IV p. 171, 17. 24. p. 350, 18.

p. 729 sq. c. not. 3) Cleanthem, philosophum Stoicum III. a. Chr. n. saeculi, versum attulisse nos certiores facit (cf. Wachsmuth., ind. lect. Gott., 1874/5, p. 20; Arnim., Stoicorum vet. fragmenta I p. 136 frg. 611); qua ex re hic hoc tantummodo premendum est et Musonium et eos auctores, quibus usus est, et eos, qui hanc narratiunculam sibi finxerunt, vulgatum versum Homeri legisse: rei enim totius
5 cardo in repetita voce ἀγαθός versatur.

Hunc ad versum δ 611 in cod. Harl. 5674 hoc scholium adscriptum est:

ἀγαθοῖο] Κράτης γράφει ὀλοῖο

(cf. I p. 223, 25 Dindorf.; p. 49 Wachsmuth.). Quo ex auctore quaque via haec verba in scholia venerint, prorsus latet.¹⁾

10 Cur vero mutaverit Crates, si quaerimus, primum dicendum est non recte nobis iudicibus Leeuwen. et da Costa., edit. I p. 93 censuisse Cratetem hoc ὀλοῖο hoc loco in sensu „prudens“ vel „boni“ adhibuisse. Nam quamquam erant, qui ὀλοός sic interpretati essent (cf. Hesych. III p. 198. 199 Schmidt.; Suid. II 1 p. 1084 Bernh., qui hac in significatione ὀλοός postulat²⁾), tamen Cratetem non cum his consensisse ex eo consecrarium est, quod Crates versus λ 322 ὀλοόφρων, quod vocabulum et ipsum cum nonnulli putabant significare ὑγιεῖς τὰς φρένας ἔχων (cf. Apoll. Soph. lex. Hom. p. 120, 16 Bekk.) vel ἰτέλεια φρονῶν (cf. Schrader., Porph. Od. quaest. p. 107, 2; cf. schol. H ad z 137 (II p. 457, 15 Dindorf.)), tum Cleanthes Stoicus (Eustath. ad α 52, 1389, 57 sq.) ὁ ὑπὲρ ἔλων φρονῶν scribens ὀλοόφρων explicabat, non hoc modo explanavit, sed coactus est aliam expediendi viam ingredi: schol. Porph. T ad λ 322:

20 πῶς οὖν (λ 569) θεμιστεύει³⁾ τοῖς νεκροῖς (ὁ Μίνως)⁴⁾ ὀλοόφρων ὢν (λ 322); φησὶ Κράτης, ὅτι ἕτερον τὸν ἐν Αἴδου δικάζοντα (λ 569) καὶ ἄλλον τὸν λεγόμενον.⁵⁾

i. e. Wie kann in λ 569 Minos Totenrichter sein, da er doch voll tückischer Gedanken ist (λ 322)? Krates erklärt, daß ein zweiter der Richter im Hades (λ 569) ist und ein anderer der Genannte (λ 322). Cf. Schrader., Porph. Od. quaest. p. 107, 3 sq.; Wachsmuth. p. 52; Dindorf. II p. 502, 22 sq.
25 Hanc vero explicationem versuum λ 322 et 569 inter se pugnantium⁶⁾ Cratetem non sibi ipsum finxisse, sed re vera fuisse, qui iam ante Cratetem duos olim fuisse Minoes putarent, ex marmore Pario XI. XIX certum est (cf. Jacoby. p. 57 sqq. 140 sq. 144). Qui primus hoc statuit — fortasse erat Andro Halicarnassensis IV. a. Chr. n. saeculi (cf. Jacoby., p. 59; Schwartz., Pauly.-Wissowa., RE I c. 2159 sq. n. 11) —, ad hanc sententiam adductus est imprimis tragicorum Atheniensium et atthidographorum usu, qui
30 Minoem malum et perniciosum hominem reddebant (cf. Ps. Plat., Min. 318 D sqq.; Ephorus (ex Apollodoro?) apud Strabonem X 4, 8. C. 476 sq. II p. 399, 7 sqq. Kram., unde sua Eust. ad λ 568, 1699, 42 sumpsit⁷⁾). Crates vero idem iam apud Homerum dictum esse affirmavit, quod primum eum fecisse apparet.

Quod igitur hoc loco Crates ὀλοόφρων vocem neque cum eis, qui in bonam partem vertebant, neque cum Cleanthe Stoico explicabat, constat eum notionem vocabuli ὀλοός non mutasse.
35 Nam hanc mutationem significationis eum fecisse iam per se probabile non est; si enim sibi persuasisset item fere ὀλοῖο atque ἀγαθοῖο esse, mutata scriptura mataeoponiae litasset. Itaque Crates scripsit ὀλοῖο vulgata significatione adhibita, eo consilio, ut Menelaus his verbis diceret: „Es ex stirpe terribili“, quasi ironice (cf. iam similiter iudicantem Wachsmuth. p. 27.),⁸⁾ ut nos dicimus lingua Francogallorum usi: Du bist ein enfant terrible.

40 ¹⁾ Ludwich. Didymo dubitanter dedit (Arist. Hom. Textkritik I p. 547, 7 sq.) nullo nixus argumento (cf. praef. p. 48 sq.).

²⁾ Apud Eustath. ὀλοός in significatione ὀλέθριος legitur: cf. ad N 630 (951, 21).

³⁾ ἐν τοῖς νεκροῖς Wachsm., Dind.; τοῖς νεκροῖς Schrader.

⁴⁾ inseruimus ex lemmate κόρη Μίνως ὀλοόφρωνος.

45 ⁵⁾ Nihil mutandum putamus; itaque spermium et Schraderi τὸν (τὴν) λεγόμενον et Dindorfii mutationes: v. Od. schol. II p. 784 append. ad p. 506, 24.

⁶⁾ Hoeck., Kreta II p. 142 hoc ὀλοόφρων interpolationem Atticam esse ceset.

⁷⁾ Cf. hac in re Diodor. IV 60, qui sua ex mythographo libro desumpsit (secundum Schwartz., Pauly.-Wissowa., RE V 674, 5/7; Plut. Thes. 20 qui Naxios auctores esse duorum et Minoum et Ariadnarum
50 fuisse testatur. Cf. Hoeck., Kreta I p. 242/255. II p. 45; Roscher., mythol. lex., s. v. Minos II col. 3000, 64 sqq.

Crateti hoc docenti aptum erat, quod Menelaus haec verba facie subridente locutus est (δ 609); minus vero apte Crateti Homeri genuina verba dicta esse videbantur, quibus verbis is, qui donum hospitale se posse accipere negaverat, ab eodem, cuius donum spreverat, vel etiam laudatur.

Crates vero, si hanc mutandi causam habebat, nimis anxie se gessit; nam Menelai verba, quibus Telemachi prudentiam laudat, suo loco sunt. Quae, etiam Horatius in epist. I 7, 40 ob oculos habuit, cum scripsit; haud male Telemachus, proles patientis Ulixis: et sequuntur in breve contracti versus δ 600—607. Cratetis igitur scripturam, qua parum caute Homeri tradita verba tractabat, non accipimus. Ne apud Stoicos quidem Cratetis studia HomERICA critica quicquam valuisse demonstratur testimonio, quod supra p. 80 exscripsimus; nam Musonius quoque et eius auctores vulgatum versum legebant. Praeterea commemorandum est hoc in versu Cratetem a Cleanthe Stoico, quem Crates alibi sequitur, discessisse (cf. supra p. 8 l. 2 sqq.).

Quomodo contra his in rebus Aristarchus ea, quae tradita erant, conservaret quamque similiter atque Crates ex Aristarchi antecessoribus Zenodotus Ephesius se gereret, optimum exemplum protulit Roemer., Blätter f. Bayr. Gymn. XXI 1885 p. 281 sq. Crates igitur, quamquam magis meliusque quam hi docti viri intellexerat verba apud poetas vel scriptores tradita criticis non nisi necessitate coactis mutanda esse, tamen hanc normam non tam strenue persequebatur, ut non, etiam si causa, qua ad mutationem factitandam commovebatur, non gravis ac necessaria erat, vulgatam scripturam mutare mallet quam aut interpretando poetam adiuvare aut concedere auctorem minus apte aliquid protulisse. Quantopere igitur unicus Aristarchus Crateti arte critica antecesserit, apparet; immo multo minus Crates hac in re ab Aristarcho videtur abesse quam huius et antecessores et discipuli quidam ab Aristarcho ipso (cf. etiam Roemer., Arist. Athet. in d. Homerkritik, p. 507 sq.).

FRAGMENTUM XXI

Ulixi apud Phaeaces ad ducum contionem eunti Minerva pulchritudinem et robur donat:

θ 21 ὣς κεν Φαιήκεσσι φίλος πάντεσσι γένοιτο
22 δεινός τ' αἰδοῖός τε, καὶ ἐκτελέσειεν ἀέθλους
23 πολλούς, τοὺς Φαίηκες ἐπιειρήσαντ' Ὀδυσῆος.

Sic omnes codices; papyri nondum exstant. Item legerunt Eustathius (1584, 19 sq.) et Apollonius Sophista p. 11, 11 sq., qui sua ex Aristarchi opibus sumpsit. Praeterea versus a scriptoribus non afferuntur¹⁾.

Scimus vero ex scholio H Q Didymeo vel Aristoniceo ad θ 23 (I p. 358, 7 sq. Dind.) Zenodotum Ephesium versus 22 et 23 genuinos non putasse²⁾, quod Ulixes apud Phaeaces ἐδίσκευσε μόνον (cf. Ludwig., Ar. hom. Textkrit. I p. 568, 24 sqq.; Carnuth., Ariston. Od. fragm. p. 78). Et propterea et cum de certaminibus hoc loco omnino nondum agatur, sed causa tantummodo afferatur necesse sit versus θ 17 sq.: πολλοὶ δ' ἄρα θηήσαντο ἰδόντες | υἱὸν Λαέρτιάω δαΐφρονα, Zenodotus hos versus Homero olim abindicavit (cf. Düntzer., de Zenodi studiis Homericis p. 39; 191).

Quomodo Aristarchus hac in athetesi se gesserit, latet; quamquam enim Ludwig., Ar. hom. Textkrit. I p. 568, 27 Aristarchum Zenodoti vestigiis instituisse affirmavit, nos tamen Roemeri verbis edocti (Ar. Athet. in der Homerkritik p. 164) dubitamus Aristarcho hanc athetesin obtrudere.

Crates autem his in versibus commoratus, cum et ipse non ignoraret Ulixem apud Phaeaces unum tantum disci certamen subisse, in numero plurali vocis ἀέθλους haesit atque aliam explicatio-

¹⁾ La Roche. (ed. Odys. p. 295) erravit, cum contendit Platonem in Theaeteto 183 E ad hunc versum alluisse; iam forma verborum Platoniceorum apparet ei ob oculos versatum esse Iliadis versum T 172.

²⁾ Cf. Ludwig., Ar. hom. Textkrit. p. 569, 1 sqq., in edit. p. 163. — Ambos versus non genuinos putatos esse, quod etiam Ludwig. censet: cf. ind. lect. Regimont. 1887 p. 7 ad γ., et ex re ipsa et ex eo concludendum est, quod Eustath. l. s. s. ambos Homeri versus strenue defendit: τὸ δὲ „ἐκτελέσειεν ἀέθλους | πολλούς“ οὐ πρὸς ἐνέργειαν ζῆται, ἀλλὰ ζῆται τὸ φῆσαι δύνασθαι et quae sequuntur

nem quaesivit. Voluit enim his laboribus Homerum indicasse mala, quae Ithacae in insula Ulixes mox passurus esset: cf. schol. Q V ad θ 22 (I p. 358, 6 Dind.; p. 49 Wachsm.):

ἐκτελέσειεν ἀέθλους] Κράτης δὲ τοὺς κατὰ Ἰθάκην ἤκουσε πόρους¹⁾

5 Qua ex explicatione sequitur, ut Crates aut in versu 23 mutationem verborum fecerit aut versum 23 omnino non legerit²⁾ vel eiecerit. Nam Cratetem hac explicatione accepta legere posse Phaeaces Ulixem malis in patria subituris tentavisse nemo est, qui serio affirmet³⁾. Quamobrem Crates aut in versu 23 mutaverit, e. g. Φαίηκες in μνηστῆρες, aut versum 23 neglexerit necesse est. Latet vero, utram viam grammaticus Mallotes ingressus sit; sed verborum formam a vulgata alienam ei
10 accipiendam fuisse certum est.

Qua via mentionem huius Crateteae interpretationis in scholia translata esse^{dit}, ignotum est. Nam nescimus, num Aristonicus et Didymus hanc doctrinam commemoraverint. Id quidem apertum est Cratetem compluribus verbis explicationem suam explanare debuisse⁴⁾; itaque etiam hoc loco fragmentum sumptum est ex commentario critico et exegetico, non ex editione carminum Homericorum, quam Crates divulgaret.
15

Haec quidem Cratetis interpretatio non hilare spernenda est; nam versu 23 omisso, quem vix quis poetae licentia cum Roemero, Ar. Athet., p. 168 usus argumento defendet, secundum Cratetem hic sensus sanus erit: Minerva Ulixem suis donis exornat ideo, ut a Phaeacibus facilius reditum consecutus labores (Ithacenses) subire possit. Unica videtur facultas esse versus 22 servandi, quae
20 pretio non caret⁵⁾.

FRAGMENTUM XXII

Paucis verbis tractare volumus, quo lux quaedam affulgeat quaestioni, qualem textum Homericum Crates adhibuerit. Exstat enim apud Porphyrium (Schrader., p. 72, 4 sqq.) ad θ 59 ζήτημα, quod codices H Q versu θ 59 τοῖσιν δ' Ἀλκίνοος . . . allato sic praebent (cf. I p. 360, 17
25 Dindorf.):

μὲμνηται τινες ὡς ὀλίγα παρασκευάσαντος Ἀλκινόου τοῖς Φαίᾳξι πολλῶν ὄντων
τῶν μελλόντων εὐχαιεῖσθαι (schmausen). Καὶ Κράτης δὲ τὸ αὐτὸ πέπονθεν
30 αὐτοῖς πάντας οἰόμενος τοὺς Φαίηκας εὐχαιεῖσθαι παρὰ τῷ Ἀλκίνοῳ.

Quos Porphyrius refutat his verbis: οἱ γὰρ ἦν τὸ πλῆθος ἠθροισμένον, ἀλλὰ δώδεκα μὲν βασι-
λεῖς, αὐτὸς δὲ τρισκαίδεκατος καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ οἱ ἐρέται εἰς νεῶς πενήνηντα δύο.

Igitur Crates iam quaestiones instituit, quas spectabant ad Homericarum historiarum veri-
35 similitudinem. Quod hoc loco omittamus. Sed quaerimus, unde Crates putaverit omnes Phaeaces Alcinoi visitasse epulatos. Putamus eum hoc colligere potuisse solis ex versibus

θ 57 πλῆγτο δ' ἄρ' αἰθουσαί τε καὶ ἔρκα καὶ δόμοι ἀνδρῶν
et 58 ἀγρομένων· πολλοὶ δ' ἄρ' ἔσαν νεοὶ ἠδὲ παλαιοί.

¹⁾ Cuius sit scholium, quod Crateteae sententiae oppositum est: *ληθηντικῶς εἶπε τὸν τοῦ διαζοῦ ἀθλον* (I p. 358, 5 Dind.) quoque apparet eum, qui hoc statuerit, versum 22 tenuisse, versum 23 abiicisse, latet. Sed si quis comparabit Apoll. Soph. p. 11, 9 sqq. et scholia e. gr. Ariston. A ad A 14 (Friedländer., p. 40; Iliad. schol., I p. 8, 8 sq. Dindorf.), fortasse in hoc scholio Aristarchi sententia quodammodo obscurata inest. Sed hac in re nolimus progredi, quod certa argumenta proferri nequeunt.

²⁾ Hoc voluit Düntzer., Zenodot. p. 191.

³⁾ Notionem inquirendi, quam verbo *περιεῖσθαι* dat Nitzsch., not. ad Hom. Od II p. 169, abiciendam esse cum tota huius v. d. sententia vix est, cur moneamus. — Vide de Cratetis doctrina etiam Hennings., Homers Odyssee, p. 32.

⁴⁾ Rem non intellegebant Thiersch., über Zeitalter und Vaterland des Homer p. 56; Nitzsch., l. m. s. p. 169. Leeuwen. et da Costa., Od. edit. I p. 161.

⁵⁾ Cf. Ameis. et Hentze. comment. ad Od. II p. 23; Hennings., Homers Odyssee p. 232.

Quod propterea memorabile est, quod versum 58 soli codices Vindobonensis 133, Parisinus 2894, Monacensis Augustan. 519ⁿ, Cracoviensis 543, in marg. m. alter. exarat. Flor. Laur. 52, Ven. Marc. 613, cod. Vesp. Gonzagae di Columna¹⁾ praebent, cum alii omnes eum omittant²⁾; neque Eustathius neque Porphyrius nobis iudiciis eum legerunt³⁾.

Quae cum ita sint, valet aliquid, quod Cratetis verbis nostro quidem iudicio demonstratum⁵ est versum, quem conglutinatum esse ex ρ 17 et δ 720 nemo non affirmabit, iam Cratetis temporibus in Homeri exemplaribus fuisse et a grammatico, totius sectae capite, genuinum habitum esse⁴⁾.

FRAGMENTUM XXIII

Ulixes postquam Alcinoos, Phaeacum regi, quis sit, illis celeberrimis verbis dixit, patriam suam his versibus describere incipit:

ϵ 21 *ναιετάω δ' Ἰθάκην ἐνδείελλον· ἐν δ' ὄρος ἀντή⁵⁾*
22 *Νήριον⁶⁾ εἰνοσίγυλλον⁷⁾ ἀριπρεπές.*

Omnes codices *Νήριον* praebent (cf. n. 6); item legerunt Eustathius 1613, 1 ante 40 et scribae anonymi codicum Vind. 321 et 322 (Ludwich., ind. lect. Königsberg. 1906 p. 78, 21). Papyri vero nullae sunt.

Locus autem Strabonianus X 2, 11 (cf. n. 7) memorabilis est: nam propter illam oppugnationem Demetrii Scepsii, qui nomina *Νήρικον* et *Νήριον* confuderat (v. etiam Herodian. II p. 555, 2 Lentz. cum Eustathio ad Dion. Perieg. 492 p. 193, 18 [Egenolf., Philol. XI p. 110]), Strabonem (II p. 352, 5 sqq. Kram.) ex Apollodoro Atheniensi sua sumpsisse certum est (cf. Schwartz., Pauly-Wissowa., Realencycl. I c. 2869, 42 sq., cf. etiam IV 2809, 36). Sed hanc rem, cum Schwartz. 20 affirmando tantummodo profligaverit, nos hoc loco pluribus verbis demonstrare opus est.

Primum quidem scripta exstant verba Homeri (ω 377) pro *ὄρος Νήρικον εἶλον* .. ita:

ὄρος Νήριον εἶλον ἐνκτίμενον ποτολίεθρον

apud Strabonem I 3, 18. c. 59. I p. 89, 18 Kram., ubi cod. A 1397 Paris. Strabonis optimus praebet *Νήριον* superscripto *κον*. At ille versus legitur in verborum serie, quae Demetrii Scepsii est (cf. 25 Gaede. frg. Dem. Scepsii, p. 3. 45; Wilamowitz., Kießling-Wilamowitz., philol. Untersuchung. I p. 137 n. 60). Idem vero *Νήριον* pro *Νήρικον* scriptum est apud Strab. X 2, 8 C. 452. II p. 347, 13 sqq. Kramer., ubi praeter codices Venet. 640, in quo tamen littera *z* propria manu in *r* litteram mutata est, et Medic. 28, 5 et Vatican. 482 alii omnes manuscripti *Νήριον* exhibent, quod etiam in Strab. epitome legitur (cf. III p. 526, 7 Kram.). Item legimus apud Strab. II p. 348, 4 Kram. *Νήριον* in 30 codicibus traditum codice Mediceo 28, 5 excepto, qui post correcturam *Νήρικον* continet. Quae cum ita sint, re vera ea verba, quae sub fine paragraphi XI (II p. 352, 5 sqq. Kram.) Strabo ex Apollo-

¹⁾ Cf. La Roche, edit. praef. p. VII s. litt. G.

²⁾ In antiquissimis Od. codicibus abest: cf. Mollhuysen., l. s. s. p. 65.

³⁾ Papyri et citationes desunt.

⁴⁾ Quomodo versus interpolatus originem duxerit, explicare conatur Jordan.: cf. Hennings., Kommentar. z. Od. p. 233 sqq.

⁵⁾ Huic versui ab Aristarcho *δαιλή* apposita erat propter Homeri usum, qui montes a terra separat. Quam observationem Aristarchus adhibuit ad versum *O* 193 contra eos, qui putarent Olympum a poeta extra terram poni (cf. Lehrs. ² p. 166; Ariston. ad *O* 193 et ϵ 21; cf. etiam Eustath. ad *B* 632, 307, 16/7).

⁶⁾ *νήριον* ante correcturam Heid. Pal. 45; *νέριον* ante correcturam Harl. 5674.

⁷⁾ Sic codices et Strab. X 2, 11. C. 454. II p. 351, 20 Kram. Cf. B 632; glossam *εἰνοσίγυλλον* habet Hesych 3229 II p. 104 Schm. quam ad Homerum referendam esse veri est simile; eandem vero formam iam Simonides Ceus in usum suum convertit (cf. Bergk., poet. lyr. Graeci III ⁴ p. 408 frgm. 41, 1.). His de formis inspicere Apoll. Soph. lex. Hom. p. 64, 9 Bekker. et Herodianum II 50, 30 Lentz. item iudicantes: Aristarcho 45 igitur, quae habent, debuisse nobis persuasum est. Censemus ob eam rem apud Homerum Aristarchum legisse *εἰνοσίγυλλον*.

doro sumpsit, contra Demetrium Scepsium¹⁾ scripta sunt, qui in ω 377 *Νήριτον* pro *Νήριτον* legit.

Tum his ex causis Apollodorum hoc loco (II p. 352, 5 sqq. Kram.) auctorem Strabonis esse censemus: primum Strabonem in rebus geographicis ex Homeri carminibus illustrandis et Apollodorum et Scepsium secutum esse scimus ex curis Niesei (Rhein. Mus. XXXII p. 306 sqq.), Gaedei, Schwartzii. Deinde Apollodorus multa ex Demetrii Scepsii opibus ipso Strabone teste (VIII 3, 6. C. 339. II p. 107, 8 Kram.) ita sumpsit, ut non semper ei obsequeretur. Tum paragrapho X C. 453/4. II p. 349 sq. Kram. Apollodorus contra eundem Demetrium verba facit; cum enim Demetrii sententiam habeamus in paragrapho VIII C. 451/2. II p. 347, 9 sqq. Kramer., cogimus etiam paragrapho X verba inde a p. 349, 11 usque ad p. 350, 20 ei dare, quod eadem de illis vocibus *ἠπειροιο* et *Νήριτον* et hic et illic adnotantur. Propterea demonstratum est verba, quae sub fine § XI sunt, dicta esse contra Demetrii verba in paragraphis VIII et X obvia; item verba Apollodori de *Σάμος* et *Σάμη* scripta sunt contra Demetrii his de nominibus sententiam, quae in paragrapho XI legitur.

Igitur Schwartzii opinio accipienda est; falso Kramerus (cf. not. ad p. 352, 5) verba Apollodorea, quae contra Demetrium pugnant, stellulis circumdedit; Leeuwen. et da Costa., ed. Od. II p. 546 rem non perspexerunt²⁾.

Itaque Apollodorus in versu ι 22 vulgatum legebat *Νήριτον*, quod exstat praeterea in versibus B 632, quem vulgatum Apollodorus ipse apud Strabonem (II p. 351, 22 Kram.) affert, et ν 351. Propterea etiam Aristarchum his in versibus, imprimis in ι 22, legisse vulgatam formam *Νήριτον* patet.

Sed cum in versibus α 186 et γ 81 Homerus alio quodam nomine *Νήιον* usus esset, Aristarchum etiam hoc de *Νήϊω*, quod in α 186 *ὑλλῆεν* a poeta appellatur, observationem facere opus erat³⁾: dixit enim ad versum α 186, quem una cum versu 185 testibus Aristonico (Carnuth. p. 10) et Didymo (Ludwich., Arist. Hom. Textkrit. I p. 512, 30 sqq.; Ind. lect. Königsberg. 1889/1890 p. 10 l. 14 sq.), Aristarchus non scripsit, cum ab Aristophane Byzantio non acciperetur nonnullisque in codicibus non ferretur, haec (schol. HMT: I p. 36, 7 sqq. Dind.; Ludwich., Ind. lect. Königsberg. 1889/90 p. 11 l. 8): *Ἀριστάρχος δὲ „Νήϊον“ φησι⁴⁾ παρακείσθαι⁵⁾ τῷ Πείθῳ⁶⁾, ἀφ' οὗ ἐξήπιον τὰ προυνήσια⁷⁾*: d. h. am Rheithronhafen lag der Neionberg, an dem, bewaldet, wie er war, man die Schiffshaltetaue zu binden pfligte. Legit igitur Aristarchus in versu α 186 *ὑπὲρ Νήϊω ὑλλῆεντι⁸⁾*, non *ὑπονήϊω⁹⁾*.

¹⁾ Demetrium Lupercus grammaticus, qui temporibus imperatoris Claudii alterius vixit, secutus est: cf. Steph. Byz. s. v. *Νήριον* p. 474, 1 M.; Eust. ad Dionys. Perieg. 492 p. 309, 19 Müll. = p. 193, 23 Bernhardt in *geograph. Graec. min.* — Dionys. Perieg. ipse Ithacam nominat *Νηρικίην* (v. 495).

²⁾ Contra Demetrii Scepsii sententiam, quam de Nerito oppido protulerat, etiam Porphyrius pugnat: cf. Ludwich., ind. lect. Königsberg. 1889/90 p. 11 l. 14 c. not.

³⁾ In versu γ . 81 affert Apollodorus apud Strabonem (II p. 352, 3 Kram.) secundum scripta praeter Dh *ὑπονήϊον*, quod accipiendum est (cf. Herodianum I p. 361, 8; II p. 555, 8 sqq. Lentz.), quamquam Kramer. edidit *ὑπὸ Νήϊου*.

⁴⁾ Sic codices MT; δὲ φησι νήϊον H.

⁵⁾ Sic MH; T: *παρὰ τὸ κείσθαι*.

⁶⁾ Omnia verba post *Πείθῳ* omisit T.

⁷⁾ Mirum in modum haec Eustathius detorsit (1409, 38): *Νήριτον, ὄρος Ἰθάκης, ... ἦτιν παρὰκείται Νήϊον ὄρος, οὗ τὰ τῶν νηϊῶν ἐξέθειον πείσματα, ὡς εἶναι κατὰ τούτων τὸν λόγον μέρος τοῦ Νηρίτου τὸ Νήϊον*. Et fuerunt, qui hac sententia accepta in versu α 186 scriberent: *ὑπὸ Νηρίτω*: cf. Eust. 1409, 44.

⁸⁾ Cum Aristarcho *ὑπὸ Νηϊῶ* scripsit Heliodorus (cf. Apoll. Soph. lex. Hom. p. 160, 12 sqq. B.): *νήϊος τόπος ἔχων ξύλα ἢ δένδρα, ἐξ ὧν δεσμοῖσι τὰς ναὺς καθορμίζοντες*; cf. Bekker., anecd. Graec. III p. 1158 e cod. Ottobon. 147 = Cramer., anecd. Graec. IV p. 310, 11 e cod. mus. Brit. Add. 5118: sunt schol. ad Dion. Thrac. art. grammat. (cf. Hilgard., p. 444, 31) ex ipso Apoll. Soph. petita (cf. Baumert., Apionis frgm. p. 5. 45). Cf. eadem sine nomine auctoris apud Eustath. ad α 187 (1409, 1 ante 40 sq.).

⁹⁾ *ὑπονήϊω* scripsit Apio *ὡς ἐν τῇ Ἰθάκῃ λιμένος οὕτως καλοῦμενον* (Apoll. Soph. lex. Hom. p. 160, 11); cf. Bekker., l. m. s. = Cramer., ib. l. 10: v. etiam Hilgard., ib. p. 444, 29. Eadem sine nomine auctoris profert Eustath. 1409, 40 sq., qui optime contra hanc scripturam dicit *ὑλλῆεντι*, quod in α 186 legitur, ad portum non quadrare, sed ad montem. Fortasse Herodianus et Heliodorus et Apionem olim in censum vocaverat (cf. Lentz. II p. 131, 25 c. not.).

Atque ex versu γ 81 Apollodorus apud Strabonem II p. 352, 1 sqq. Kram. dicit ἄδηλον εἶναι, utram nomine Ἰθάκης poeta urbem¹⁾ voluerit an insulam, εἴτε τὸ αὐτὸ²⁾ τῷ Νηϊεῖ λέγει τὸ „Νηϊον“ εἴτε ἕτερον ἢ ὄρος³⁾ ἢ χωρίον, quae verba fere omnia ex Strabone repetivit Eustath. 1409, 45.

Ergo secundum Apollodorum, quem labores operasque virorum doctorum his in quaestio- 5 bus respexisse certum est, Homerus versibus γ 81 et α 186 non accurate indicavit, utrum Νηϊον idem esse ac Νηϊεῖον ὄρος an aliud quid vel mons vel locus.

Aristarchus vero secundum schol. HMT ad v. α 186 (cf. supra p. 28 l. 27) et verba Herodiana ad γ 81 (cf. notam 1) statuit Νηϊον esse ὄρος prope portum Πείθρον situm ita, ut nautae naves ex eo, quod ἕληεν erat, religare possent⁴⁾. Quodammodo igitur cum Aristarchea congruit Heliodori 10 sententia (cf. 28 n. 8 et infra p. 31 l. 41); sed propter Herodiani verba (cf. n. 1) et Apollodori dubitationem memorabilem censemus Aristarchum non de loco quodam, cuius nomen erat Νηϊον, verba fecisse, ut hoc Heliodorus profert, sed de monte, dubitanter fortasse, cum Apollodorus Atheniensis rem propter nimiam obscuritatem verborum Homeri in medio relinqueret. — Rheithron vero Aristarchus nostro iudicio nomen proprium Ithacensium portus censebat⁴⁾ (cf. Apoll. Soph. lex. Hom. p. 138, 18; 15 Et. Magn. 703, 8 = Et. Flor. p. 261 Mill.; inspicie Brosow., l. s. s. p. 51)⁵⁾.

Iam iam quid de Νηϊεῖ Crates censuerit, considerandum est: Scimus ex Herodiani opibus (cf. Stephan. Byzant. s. v. νηϊον p. 473, 12 Mein.; Lentz. praef. p. CLXIII; I p. 361, 5 sq. περὶ καθολικῆς προσφῶδίας ιγ') haec:

Νηϊον, ὄρος Ἰθάκης⁶⁾, ἀφ' οὗ κατὰ Κράτιντα αἱ Νηϊάδες (cf. v 104)⁷⁾. 20

Itaque censuit Crates ex Νηϊεῖ, ubi secundum versum v 102 sqq. antrum nympharum erat, eas Νηϊάδες nominatas esse, quas hoc Odysseae loco Homerus sic nuncupat. Atque huius sententiae reliquiae, quamvis exiguae, etiam in scholiis leguntur, coniunctae item atque apud Herodianum (cf. not. 7) cum doctrina quadam contraria:

schol. H ad v 104:

νηϊάδες] αἱ τῶν ναμάτων σύν-
τροφου· οἱ γὰρ ἀπὸ Νηϊῶν
ὄρους. (II p. 526, 16 Dind.)

schol. B:

αἱ τῶν ναμάτων νύμφαι ἢ
ἀπὸ τοῦ Νηϊῶν ὄρους. (ib.
l. 17.)

schol. V:

ἢ νηϊάδες (sic) νύμφαι εἰς τῶν
ἰθάκων. ἀπὸ τοῦ Νηϊῶν ὄρους.⁸⁾
(ib. l. 18.)

¹⁾ Secundum Herodianum (cf. Lentz. II p. 553, 8 sqq.; vide eandem atque in Et. Mag. 603, 20 doctrinam Herodianeam etiam in Et. Gud. 407, 41 = Et. Flor. p. 221 Mill.; quamquam omnibus locis scriptum est ὑπὸ 30 Νηϊῶν, tamen illo, quod comparatur, ὑποπλαζίη (Z 379) certum est ὑπονηῖον esse scribendum; cf. praeterea Suid. II p. 974 s. v. Νηϊά) poeta nomine Ἰθάκης urbem indicavit: cf. illa verba κατὰ ὄρος ἀληθῶς Ἰθάκης, quae etiam lex. Ps. Zonar. 1399 praebet. Ceterum Herodianeis inserenda sunt schol. BMPQ ad γ 81 (I p. 126, 21/2 Dindorf.).

²⁾ Eust. omisit λέγει et scripsit τὸ αὐτὸ εἶναι. 35

³⁾ Eust. praebet: εἴτε τε καὶ ἕτερον ὄρος ἢ χωρίον.

⁴⁾ Nobis persuasum est quodam vinculo cum Aristarcheis coniungenda esse ea, quae leguntur in schol. HMTV ad α 186 (I p. 36, 3/6 Dind.); schol. Porphy. EMQT (ib. l. 13/7); schol. V ad α 186 (ib. p. 36, 20; cf. etiam Ludwig., ind. lect. Königsberg 1888/90 p. 11, 2/6; 11/14.); schol. E ad γ 81 (Dindorf. p. 126, 23); Eust. ad α 187 (1409, 31/4); Apoll. Soph. lex. Hom. p. 138, 19 sq. Bekk. Hic verbum Νηϊον intellegitur ὄρος 40 et nomen Πείθρον explicatur nomen proprium portus Ithacensium. Sed hoc tantummodo certum est Philoxenum Alexandrinum hanc de Νηϊεῖ monte opinionem postea protulisse (v. infra p. 30 l. 5).

⁵⁾ Ignoti sunt, qui Νηϊεῖον et Νηϊον duos Ithacae montes fuisse putabant (cf. schol. HMTV ad α 186 (I p. 36, 6/7 Dind.); schol. Porphy. EMQT (ib. l. 10/2, cf. Ludwig., l. in nota 4 s. p. 11, 9/10). — Fuerunt etiam, qui Πείθρον ad vocem Νηϊεῖ dictum esse censent: cf. Eust. ad α 187 (1409, 34/6). 45

⁶⁾ Inserenda verba (Φιλόξενός φησιν); vide infra p. 32 l. 7.

⁷⁾ Praeter eam Herodianus etiam alteram sententiam protulit: οἱ δὲ τὰς διατριβοῦσας πρὸς (codd. 50 ἐπὶ, corr. Mein.) τὰ ναμια, d. h. andere (nennen) diejenigen (Νηϊάδες), welche sich bei den Quellen aufhalten (cf. lex. Orion. p. 110, 36; lex. Phot. p. 436 Nab.), quam praebet iam Apoll. Soph. lex. Hom. p. 116, 17 sqq. Inspicite etiam Et. Magn. 604, 1 sqq. et scholia HBV statim a nobis exscribenda.

⁸⁾ In schol. V haec enuntiata ordine permutato leguntur. 50

Videtur igitur Crates hoc ex nomine nympharum effecisse, ut in insula Ithaca fuisset Homeri temporibus *Νηϊόν ὄρος*. Sed res digna est, quae accuratius perspiciatur: melius enim exstat Cratetis doctrina in scholio, quod Eustathius mutilatum praebet¹⁾:

schol. HQ ad ι 22:	Eust. ad ι 22 (1613, 2 ante 40):	schol. Q ad ι 22:
<p>5 <i>Νηϊόν</i>] ὁ <i>Φιλόξενος Νηϊόν</i> <i>αὐτό</i>²⁾ φησὶ διὰ τὸ „<i>ἡμεῖς</i> <i>δ' ἐξ Ἰθάκης ἱπποπότου εἰλή-</i> <i>λουθμεν</i> (γ 81)“. <i>τινὲς δὲ</i> <i>Νηϊόν, ἄσπερ ὁ Κράτης</i>³⁾, <i>τὸν</i> 10 <i>περὶ τὸν</i>⁴⁾ <i>λιμένα τόπον</i> *⁶⁾ <i>ἐν ᾧ ἦν σπηραεῖς</i> (i. e. um- <i>brosus, opacus) τόπος „ἱερὸν</i> <i>Νυμφῶν</i>“ (ν 104)⁷⁾ · <i>ἀφ' οὗ</i> 15 <i>καὶ τὰς Νύμφας κοινῶς Νηϊ-</i> <i>άδας προσαγορευέσθαι.</i> (II p. 407, 5 sqq. Dind.; Ludwig., Arist. Hom. Textkrit. I p. 572, 25 sqq.)</p>	<p><i>τὸ δὲ Νηϊόν . .</i> <i>Κράτης τε ἐν τῷ περὶ λιμένων</i>⁵⁾ <i>„Νηϊόν“ γράφει, καὶ Φιλόξενος</i> <i>δὲ ὁμοίως, ὅς καὶ τὴν Ἰθάκην</i> <i>„ἱπποπότον“ (γ 81) ἐντεῦθεν</i> <i>εἰρᾶσθαι φησίν.</i></p>	<p><i>ἀπὸ τοῦ Νηϊόν „ἱεροῦ</i>⁸⁾ <i>Νυ-</i> <i>μφῶν, ἀὶ Νηϊάδες καλέονται</i>⁹⁾ <i>(ν 104).</i> (II p. 407, 9 Dind.)</p>

Qui ea, quae hoc loco composuimus, perspexerit, nobis assentietur solis ex scholiis HQ ad ι 22 enucleari posse, quae hi viri docti et Philoxenus et Crates de nomine *Νηϊόν* et *Νηϊόν* statuerint.

Crates igitur coniunxit versus

α 185 *νηῦς δέ μοι ἦδ' ἔστιγεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόλιος*
 186 *ἐν λιμένι θεΐθρα ὑπὸ Νηϊῶ ὕληενι*⁹⁾

et versus

ν 96 *Φόρκυος δέ τις ἐστι λιμῆν, ἄλλοιο γέροντος,*
 97 *ἐν δήμῳ Ἰθάκης . . . et versus, qui sequuntur usque ad versus*
 100 . . . *ἐντεῦθεν δέ τ' ἀνευ δεσμοῦ μένουσι*
 101 *νηῦς εἰσοελμοι, οἳ ἂν ὄμιον μέτρον ἴκονται .*
 102 *αὐτὰρ ἐπὶ κράτος λιμένος τανύφυλλος ελαίη,*
 103 *ἀγρόθι δ' αὐτῆς ἀντρον ἐπήρατον, ἱεροειδές,*
 104 *ἱρὸν Νυμφῶν, ἀὶ Νηϊάδες καλέονται .*⁹⁾

Nam horum versuum seriem Cratetem ad suam sententiam firmandam adhibuisse ex eo patet, quod ex ν 104 nympharum fanum capere potuit, ex α 186 nomen huius loci, quod ad Nympharum nominis veriloquentiam desiderabat. Quapropter Crates docuit his duobus Odysseae locis unum eundemque portum a poeta commemorari; locum vero, (— non montem —) qui prope hunc Ithacensium portum situs esset, ab Homero *Νηϊόν* nominatum esse; quod nomen cum voce *ναῦς νηῖος* et cum adjectivo Homericō *νηῖος* coniungendum esse Crateti persuasum erat (cf. item docentem Doederlein., Gloss.

¹⁾ Eustathius scholia eiusdem generis ac nos ante oculos habuit.

²⁾ Scribendum est *ταῦτό φησι* . . . Eadem sententia legitur in schol. HMT ad α 186 (Dind. I p. 36, 6; Ludwig., ind. lect. Königsberg 1889/90 p. 11, 7).

³⁾ Codices. ὁ ἀσπραῖης, quod Porsonus emendavit.

⁴⁾ H τὸν λιμένα, Q λιμένα secundum Ludwigium, l. s. s., p. 572 not. ad l. 28.

⁵⁾ Haec verba foede corrupta sunt; Wachsmuth. τὸ ἐν τῷ τόπῳ τῷ περὶ λιμένα p. 49. Scribendum est *ἐν τῷ περὶ λιμένος* (scil. σιζῆ); cf. infra p. 32, l. 39.

⁶⁾ In codice Vindob. 56 hoc ieiunum adnotamentum legitur: *τόπος*; (Ludwig., ind. lect. Königsberg. 1889/90 p. 11, 4).

⁷⁾ Versus ν 104 re vera legitur *ἱρὸν Νυμφῶν*; solutus est in prosam orationem.

⁸⁾ Sic schol. pro vulgata forma *ἱερὸν*; mendum natum est ex praecedenti voce *Νηϊόν*.

⁹⁾ Scripturas varias, quae nihil hoc loco ad rem faciunt, vide apud editores.

nr. 2236). Demonstratur vero Cratetem putasse et in versibus α 185 sq. et ν 96 sqq.¹⁾ Homerum eundem portum descripsisse iam ex forma verborum schol. HQ ad ι 23: *τινὲς δὲ Νηϊόν . . τὸν περὶ τὸν λιμένα τόπον*, sive scribitur cum codice H *τὸν λιμένα* sive codicis Q *λιμένα* accipitur.

Quibus perspectis iam intellegi potest, quid Aristarchus sibi voluerit, qui scripsit τὸ Νηϊόν παρακείμεναι τῷ Ρεΐθρῳ, ἀφ' οὗ ἐξήπιον τὰ προμηθήσια (cf. supra p. 28): contendimus enim haec 5 ultima Aristarchi verba contra Cratetis sententiam dicta esse, qua in re hac argumentatione usi sumus: Crates, cum eundem portum versibus α 185 sq. et ν 95 sqq. ab Homero prolatum esse putaret, propter versus ν 100 sq., in quibus poeta naves in portu Φόρκενος suis locis non alligatas funibus manere narravit, idem etiam in portu versus α 186 (ἐν λιμένι ρεΐθρῳ ὑπὸ Νηϊῶ ὑλῆεντι) fieri concedere debuit. Sed ex verbis Ρεΐθρῳ et ὑπὸ Νηϊῶ ὑλῆεντι Aristarchus effecit hoc in portu 10 versus α 186 nautas opus esse funibus uti; quapropter his verbis ἀφ' οὗ ἐξήπιον τὰ προμηθήσια Cratetis doctrinam de uno eodemque Ithacensium portu refutavit. Igitur hic locus eis inserendus est, ubi Aristarchus διπλῆν contra Cratetem versui adposuit, tum in Aristonici libro olim et Aristarchi et Cratetis sententiarum mentiones fuisse certum est, unde schol. HMT supra p. 28 exscriptum aetatem tulisse recte coniecit Carnuth., Aristonici περὶ σημείων Ὀδυσσεΐας reliquiae p. 11.²⁾ 15

Sed etiam in verbis Apollodori, quae legi apud Strabonem II p. 352, 5 sqq. Kram. supra p. 27 sqq. demonstravimus, vestigium invenitur Cratetis sententiae in illo εἴτε ἕτερον (scil. τοῦ Νηϊῶν τὸ Νηϊόν λέγει) ἢ ὄρος ἢ χωρίον: nam cum Apollodorum Cratetis rationem habuisse constat (cf. supra p. 13 l. 16) et Cratetis docuerit Νηϊόν esse τόπον τινα a Nerito monte diversum, fieri non potest, quin illis verbis ἢ χωρίον Apollodorus Cratetis opinionem protulerit, praesertim 20 cum secundum ea, quae supra p. 29 l. 8 diximus, certum sit illis verbis ἕτερον ἢ ὄρος Apollodorum Aristarchi sententiam attulisse. Itaque apud Apollodorum quoque habes Aristarchum et Cratetem κορυφαίους ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ artissime coniunctos (cf. quae de Posidonio diximus p. 13 sq.).

Apionem vero, grammaticum istum Alexandrinum primi p. Chr. n. saeculi prioris dimidii³⁾, quem in versu α 186 Ὑπονηϊῶν et in versu γ 81 Ὑπονηϊῶν legisse et explicuisse ὡς ἐν τῇ Ἰθάκῃ 25 λιμένος οὕτως καλούμενον supra p. 28 n. 9 attulimus, ex Cratetis doctrina pendere suspicari licet his ex argumentis: primum quidem Apio, quamquam sectae Alexandrinae caput erat, Cratetem saepe adhibuit (cf. Cohn., ib. c. 2805, 51 sqq.; dissert. meam s. v. Apion., ubi legas velim p. 53 c. n. 1., supra p. 5 n. 2); tum si Crates Νηϊόν locum esse prope a portu Ithacensi censebat, illud Ὑπονηϊῶν non aliter explanare poterat atque portus nomen proprium, quod Apionem fecisse Apollonius Sophista 30 tradit: igitur in versu γ 81 Apio et Crates scribebant ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης Ὑπονηϊῶν εἰλήλουθμεν (d. h. wir sind gekommen aus dem Hafen Hyponeion Ithakas). Sed id dubium est, utrum de versu γ 81 iam Crates omnino quaesiverit an Apio demum haec quoque verba HomERICA cum Cratetis sententia, quam acceperat, coniungere conatus sit.

Sed res apertissima est apud Heracleonem, Glauci filium, qui Augusti temporibus vixit 35 (Pauly.-Wissowa., Realencycl. VIII c. 512 sq.); hic enim putaverat Νηϊόν totam Ithacae insulae quadripertitae partem esse (cf. Steph. Byz. p. 386, 8 Mein. fortasse ex Herod. καθολ. προσφ. γ' I p. 373, 18 Lentz.; ex Steph. Byz. mutilato sua exscripsit Eustath. ad B 633; 307, 21)⁴⁾. Apparet enim id, quod Crates statuit de loco Νηϊῶ prope portum sito, Heracleonem postea accepisse, sed ita, ut ultra antecessoris sententiam longe progredere- 40

Etiam Heliodorus (cf. Lübcker. Realencycl.² 1914 p. 444), qui Νηϊόν τόπον ἔχοντα ζῦλα ἢ δένδρα ratus est (cf. p. 28 n. 8), ex Cratetis doctrina pendet; sed portus duos in Ithaca esse ei cum Aristarcho persuasum erat: nam verba ἐξ ὧν δεσμοῦσι τὰς ναῦς καθορμίζοντες, non quadrant ad Phorcynis portum (ν 96), sed solum ad Rheithron (α 186).

¹⁾ Cf. ν 345 sqq. Hoc loco hi duo de Najadibus versus in compluribus manuscriptis deerant (Eust. 45 ad v. 1743, 51; Leeuwen. et da Costa. II p. 305 ad v.).

²⁾ Quomodo hac in re Didymus se habuerit, latet: Ludwig. Ar. hom. Textkr. I. p. 512, 30.

³⁾ Cf. Cohn. in Pauly.-Wissowa., Realencycl. I c. 2803, 41 sqq.

⁴⁾ Ἡρακλεῶν δὲ ὁ Γλαύκων τετραμερῆ γῆσιν τῆν Ἰθάκην, ἧς τὸ μὲν πρῶτον εἰσι μεσημβρίαν καὶ θαλάσσιαν Νηϊῶν καὶ τὸ δεύτερον Νηϊόν καὶ τὸ τρίτον Κροκυλίον, τὸ τέταρτον Αἰγίλιον (cf. B 632/3). 50

Iam ad Herodianeam Cratetis memoriam pervenimus. Constat ex apertis verbis schol. HQ ad ι 22 Cratetis de $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ loco opinio; quapropter apud Herodianum vel potius quem nunc habemus Stephanum Byzantium latere mendum certum est. Nam ex monte $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\acute{\alpha}\delta\alpha\varsigma$ appellatas esse Crates non affirmavit, sed ex regione opaca, quae erat in loco, cuius nomen $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ erat, prope Ithacensium portum sito. At videmus, quam arte cum Cratetis memoria et in schol. HQ ad ι 22 et apud Eustathium Philoxeni opinio coniuncta sit (cf. M. Schmidt., Philol. IV p. 633), qui et $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ et $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ propter verum γ 81 unum eundemque esse montem ratus est¹⁾. Propterea apud Steph. Byzant. restituendum est nomen Philoxeni Alexandrini; itaque scribendum est (cf. p. 29 l. 20):

10 $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ ὄρος Ἰθάκης (Φιλόξενος γησιν)· ἀπ’ οὗ (scil. $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$, non $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ ὄρους)
κατὰ Κράτητα αἰ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\acute{\alpha}\delta\epsilon\varsigma$.

Herodianus enim Philoxeno multis locis usus est (cf. Lentz. II 2 ind. s. v. 1231 b). Praeterea ultima verba oppido decurtata sunt mutilataque; Herodianum olim scripsisse Cratetem $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ τόπον ratum esse certum est.

Quae cum ita sint, in schol. HBV ad ν 104 (cf. p. 29 l. 26) sententiae et Philoxeni et Cratetis perperam incuria scholiastarum coniunctae sunt, ita ut verba ἀπὸ τοῦ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ Cratetis, ὄρους Philoxeni sint. Scholia vero Q et HQ ad ι 22 ex Herodiani opibus promanasse censemus. Nam Didymus ea, quamquam Ludwich., Ar. hom. Textkrit. I p. 572 sq. hoc voluit, non potuit praebere iam propter temporum rationem: nam Didymus ante Philoxenum vixisse certum mihi est (aliter Reitzenstein., Gesch. d. griech. Etym. p. 180). Praeterea contendimus Cratetem in versu ι 22 omnino non a scriptura vulgata abisse: nam considera nobiscum haec:

Crates, quod $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ putabat τὸν τόπον τὸν περὶ τὸν λιμένα τῶν Ἰθακησίων, in versu α 186, ubi codices praeter unum Vindobonensem 307 omnes ὑπὸ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ praebent, papyri nullae sunt, et ipse ὑπὸ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ legit explicavitque; in versu γ 81 Cratetem fortasse ἐξ... Ὑπονηίου coniunxisse et explanasse: ex portu... Hyponeio p. 31 l. 29 monstravimus. Sed quid Crates fecit illis locis, quibus locis $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ mons a poeta affertur (B 632. ι 22. ν 351)? Hic nulla ei omnino erat causa mutandi, quod Crates $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ putabat ἕτερον τοῦ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ χωρίου; ac ne potuit quidem grammaticus verba tradita mutare, ita ut $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ legeret pro Nerito, quod Neritus illis tribus locis mons aut appellatur aut accurate significatur. Perperam igitur ad ι 22 egit de scripturis Philoxeni et Cratetis a Didymo allatis Ludwich., l. m. s., neque minus erravit Ebeling., lex. Hom. s. v. $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ I c. 1147 a, alii. Observatio vero Cratetis ad versum ι 22 adscriptum est propter Philoxeni de uno eodemque monte $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ et $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$ sententiam, qui Cratetis doctrinam protulerat. Igitur Cratetis memoria apud Herodianum et Stephanum Byzantium ex Philoxeni opibus erat; qui auctor Cratetis sententiam non accepit, sed doctrinam aliorum secutus est.²⁾ Unde vero Philoxenus sua sumpserit, ignotum est.

Ceteroqui Cratetis opinio etiam ad versus α 186, γ 81, ν 104 adnotanda erat. Certum est Cratetem hanc explicationem de Ithacae topographia pluribus verbis proferre debuisse; itaque haec omnia in commentario tractavit, praesertim cum scripturam traditam omnino non mutaret.

Nunc ad Eustathii verba aedamus: nullo alio modo intellegi possunt, nisi ita, ut scholiorum HQ ad ι 22 verba redintegrentur ab Eustathio foede decurtata. Itaque emendamus pro verbis ἐν τῷ περὶ λιμένων haec: ἐν τῷ περὶ λιμένος (στίχῳ), i. e. in versu α 186 et Cratetem et Philoxenum scripsisse ὑπὸ $\text{N}\eta\tilde{\iota}\omega$, non ὑπονηίου Eustathius ex scholiorum verbis elicit, id quod recte se habet. Πάντα autem nostram coniecturam, quod minus quam emendatio Wachsmuthii a litteris traditis abest.

¹⁾ Philoxenus igitur hanc sententiam accepit, quam Apollodorus (cf. supra p. 29) affirmare ausus non est, quod Philoxenus versu γ 81 allato rem profligare credidit; quem tamen verum parum hac in re valere nemo est, qui neget. Accurate dici nequit, utrum Apollodorus ob oculos habuerit Philoxeni sententiae antecessores an ipse hanc doctrinam excogitaverit (ex Lycophronis versibus 768 sq. nihil effici potest). — Ceterum eandem ac Philoxenus sententiam profert Eust. ad ν 196 (1738, 58).

²⁾ Philoxenum Cratetem etiam aliis locis sprevisse sequitur ex dissertationis nostrae p. 16 n. 1. 36 n. 1. 79 n. 1.

Quid his diversis nominibus *Νήϊον* et *Νήριον* poeta indicare voluerit, etiam nunc prorsus latet (cf. Ameis. et Hentze. commentar. I ad vers. p. 26)¹⁾. Ex antiquorum virorum doctorum diversis tentaminibus cognoscimus iam eos nullam certam habuisse facultatem huius quaestionis solvendae. Examinantibus vero Cratetis doctrinam nobis dicendum est, quamquam versus α 186 non prorsus contra eius sententiam est, tamen hanc explicationem versus γ 81 non commendari. Sed Crates, si opinionem suam stabilire conatus est nomine Najadum in versu ν 104 commemoratarum, prorsus a vero aberravit et incidit in Scyllam, qui Charybdim vult vitare: nam sic ei demonstrandum erat et hoc et illo Homeri versu eundem portum indicatum esse; quod non potuisse Cratetem Aristarchus recte adnotavit.

Quae cum ita sint, Cratetis conamine item atque ceterorum omnium spreto cum Apollodoro facimus, qui acquievit arbitratus propter Homeri nimiam obscuritatem brevitateque neminem rem decertare posse. Audebant Aristarchei ignorare, cum Crates omnia se posse critica ratione sua investigare male censeret.

FRAGMENTUM XXIV

Ulixes et socii eius a Circe in Plutonis regna missi Oceani fines assequuntur:

λ 14 ἐνθα δὲ Κιμμερίων²⁾ ἀνδρῶν δῆμος τε πόλις τε
15 ἦέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι.

Nomen populi *Κιμμερίων* omnes codices testantur, papyri desunt³⁾. In versu λ 14 *Κιμμερίων* legerunt Tzetzes, Alleg. Od XI. vers. 9 (Matranga., anecd. Gr. 1850 p. 284), Eustathius ad v., 1670, 50, Porphyrius ad v. (Schrader., Porph. Od. quaest. p. 102, 6 sqq.; cf. Eust. 1671, 22 sqq.), Valerius Flaccus, poeta epicus primi p. Chr. n. saeculi, in Argonaut. versu 399 (p. 243 Langen.), de quo v. infra p. 35 n. 9; praeterea multi docti viri huius nominis explicationi studebant et, ubi re vera hi Cimmerii olim sedes habuissent, investigare conabantur: ex quibus afferamus Posidonium Rhodium, qui hos Homeri Cimmerios eandem censebat gentem atque illos celeberrimos Cimbro, Germanorum nationem, Posidonii temporibus Europam devastantes (Strab. VII 2, 2. C. 293. II p. 10, 6 Kram.; II 3, 6⁴⁾. C. 102. I p. 153, 17 Kram.).⁵⁾ Nomen vulgatum Cimmeriorum etiam Demetrius Scepsius legit (Strab. XIII 4, 8. C. 627. III p. 83, 5 Kram.; cf. Gaede., Dem. Sceps. quae supersunt, Diss. Greifswald. 1880 p. 11. 41 (frgm. 41); Schwartz. apud Pauly.-Wissowa., RE IV c. 2810, 26); qui cum Cimmeriis illis historicis VII. a. Chr. n. saeculi Homericos Cimmerios coniunxit, ut ex Callisthene, Olynthii rerum scriptore, et Callino, poeta elegiaco, ab eo collatis affirmari par est⁶⁾. Cimmerios vero historicos paulo ante Homerum vel ipsis eius temporibus incursionem fecisse chronographi censebant (cf. Strab. I 2, 9. C. 20. I p. 31, 10 Kram.; I 1, 10. C. 6. I p. 10, 11 Kram.; III 2, 12. C. 149. I p. 229, 26 Kram.; Eust. ad v., 1671, 15), qui Theopompum sequuntur (Rohde., mus. Rhen. XXXVI

¹⁾ Sine fructu hac de re perlegas, quae scripserunt E. Reisch., sert. Hartel. p. 152 sq., Finsler., Homer I 1913 p. 14.

²⁾ *Κιμμερίων* aperto errore Heid. Pal. 45.

³⁾ Pap. Oxyrh. 568 (Grenfell. et Hunt., Pap. Oxyrh. III p. 278) saec. III. p. Chr. n. nonnulla elementa ex initiis versuum sumpta praebet; papyrus Raineri ad λ nondum edita videtur esse (Wessely., l. p. 15 n. 4 s.)

⁴⁾ De hoc loco mutilato, ubi Corais coniecturam accipiendam esse putamus, vide Schühlein., Posidon. *περὶ ὠκεανῶν*, Diss. Erlangen. 1901 p. 83. 95 sqq. c. n. 4. — Alios locos, ubi haec Posidonii sententia legitur v. apud Bake, reliqu. Posid. p. 119 sq.; Schühlein., l. m. s. p. 97 n. 1.

⁵⁾ Igitur Posidonius, ut apud Eremnos (cf. supra p. 20), ratus est populum temporum decursu passum esse nominis mutationem. — V. Posidonium apud Diod. Sic. V 32 (I p. 448 Dind.), Plut., Mar. XI 6.

⁶⁾ Hoc Strabonis loco demonstratur Demetrium in B 461 non cum Aristarcho, Ptolemaeo, Herodiano (I p. 52, 13. p. 408, 16. II p. 479, 12 Lentz.; cf. etiam schol. T Gen. I ad v. (V p. 93, 10 Maass., I p. 44, 11 Nic.); secundum Herodianum etiam Orus fecit (Reitzenstein., Gesch. der gr. Etym. p. 292 frgm. 1) *Ἀσίω* genitivum legisse (cf. Herodot. IV 45), sed *Ἀσίω*, quod cum *ἐν λιμνῶν* coniunxit: Asia in prato; quam scripturam praebent codices Laur. XXXII, 3 saec. XI et Vindob. 39 saec. XIV, lemma schol. T (V p. 93, 10 Maass.), Steph. Byz. p. 131, 7 M. quamque opinionem Vergilius secutus est (Georg. I 383; Aen. VII 699). Memoria dignum est, quod, quamquam Demetrius editionem Homericorum carminum numquam divulgavit, mutationes eius tamen in codicibus leguntur.

p. 555); et hic et illi nempe hoc Homeri versu ad hanc sententiam adducti sunt. Heraclides Ponticus (cf. Et. M. 513, 44; lex. Ps.-Zonar. c. 1208) affirmavit Cimmericos ὑποκίτω τοῦ Πόντου εἶναι (cf. etiam Schrader, Porph. II. quaest. p. 415 n. 2); aliter Timaeus Cimmericos Homericos in Italia apud Cumas sedes habuisse arbitratus est (cf. Geffcken, Tim. Geogr. d. West. in Kießling-Wilamowitz. Untersuchung. XIII 1892 p. 30. p. 145, 27. p. 36.); ante Timaeum similiter se gessit Ephorus, secundum quem Cimmerici haud procul sinu, cui nomen erat Ἰσθμὸς, apud Cumas sito habitabant (Strab. V 4, 5. c. 244. I p. 388, 3 Kram.)¹⁾. Sed haec hactenus. Redit disquisitio ad Cratetem (cf. Berger, Geschichte der Erdkunde der Griechen²⁾ p. 450 sq.):

Crates Cimmericos, quos Homerus affert, in zona frigida posuit propter versus Homericos, qui versum λ 15 sequuntur et in quibus poeta cecinit Cimmericos numquam solem aspicere posse. Quapropter secundum Cratetem Cimmerici vitam degunt aeterna nocte tecti. Cf. enim verba Cratetis integra hac de quaestione geographica, quae ex Posidonio Geminus VI 15 p. 74, 5 sqq. Manit. excerpserit; quibuscum coniungenda sunt verba Eustathii, qui sua ex scholiis sumpsit, quod ipse adnotat verbis οἱ παλαιοὶ (1671, 2 ante 60)³⁾:

15 Geminus ex Posidonio:

ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς ἄρκτον (scil. quam Laestrygonia urbs septentrionem versus sita est) ἡμῶν παροδεόντων γίνεται ὁ θερινὸς τροπικὸς κύκλος ὅλος ὑπὲρ γῆν, ὥστε ἐν ταῖς θεριναῖς τροπικαῖς τὴν παρ' ἐκείνοις ἡμέραν γίνεσθαι ὡρῶν ἰσημερινῶν καὶ (XXIV).
 20 τοῖς δ' ἐτι πρὸς ἄρκτον οἰκοῦσι γίνεται μέρος τι τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου ὑπὲρ γῆν διὰ παντός· καὶ παρ' οἷς μὲν ζῳδίου μέγεθος ὑπὲρ τὴν ὀριζόντα ἀπολαμβάνεται, μηνιαία (ἡ)⁴⁾ ἡμέρα παρ' αὐτοῖς γίνεται· παρ' οἷς δὲ δύο ζῳδία ὑπὲρ γῆν⁴⁾ ἀπολαμβάνεται, διμηνιαία⁵⁾ τὴν μεγίστην ἡμέραν συμβαίνει γίνεσθαι.
 25 πέρας δὲ ἐστὶ τις⁶⁾ χώρα ἐσχάτη πρὸς ἄρκτον κειμένη, ἐν ἣ ὁ μὲν πόλος κατὰ κορυφὴν γίνεται, τοῦ δὲ ζῳδιακοῦ κύκλου ἐξ ζῳδία ὑπὲρ τὸν ὀριζόντα ἀπολαμβάνεται, ἐξ δὲ ὑπὸ τὸν ὀριζόντα ἀπολείπεται· ἡ μεγίστη δὲ ἡμέρα παρ' αὐτοῖς ἐξαμηνιαία γίνεται, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ νύξ· καὶ τοῦτων δὲ⁷⁾ τῶν τόπων
 30 δοκεῖ μνημονεύειν καὶ Ὅμηρος, ὡς φησὶ Κράτης ὁ γραμματικὸς, ὅταν περὶ τῆς Κιμμερίων οἰκίσεως λέγῃ·

λ 14 Ἐθάδε⁸⁾ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμὸς τε πόλις τε
 15 ἤξει καὶ μεγάλη κεκαλιμένοι· οὐδὲ ποτ' αὐτοῖς
 16 ἡἷλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίεσσιν⁹⁾,
 35 17 οὐδ' ὅποτ' ἀνὰ στεῖγῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
 18 οὐθ' ὅταν αἶψ'¹⁰⁾ ἐπιγαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτρέπηται,
 19 ἀλλ' ἐπι νύξ ὅλοη τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Eust. ex scholiis:

¹⁾ Ex Strabone sua excerpserit Eustath. ad λ 14 (1641, 36). Hos Cimmericos commemoraverunt etiam Scymnus Chius perieg. 239 sqq. et Antonius Diogenes in τῶν ὑπὲρ τοῦ Πόντου ἀριστῶν λόγων καὶ (cf. Rohde., griech. Roman.²⁾ p. 279 c. not. 2).

²⁾ Cf. etiam Wachsmuth p. 51; Maass. in Arat. p. 199.

³⁾ Sic Manit. recte.

⁴⁾ ὑπὲρ γῆς codd. Vatic. 381. Vindob. 89.

⁵⁾ Quae sequuntur τῶν ἡμερῶν uncis includenda sunt.

45 ⁶⁾ Accentus hoc loco variant in codicibus.

⁷⁾ αὐτῶν Manit.; sed restituimus secundum codices δε.

⁸⁾ Sic codd.; Manit. Ἐθα δε. sed v. p. 39.

⁹⁾ Codices ἀκτίεσσιν.

¹⁰⁾ Codices in αἶψ', αἶψ, αἶψ variant.

τοῦ γὰρ πόλου κατὰ κορυφὴν ὑπαρχόντος ἑξαμηναίαν τὴν
νότια καὶ τὴν ἡμέραν γίνεσθαι συμβαίνει. τρίμηρος μὲν γὰρ
γίνεται, ἐν ᾧσι ὁ ἥλιος χρόνον ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, ὡς ¹⁾
δὴ καὶ τὴν τοῦ ὀριζήοντος ἐπέχει τάξιν, ἐπὶ τὸν θερινὸν τροπι-
κὸν κύκλον παραγίνεται, ἑτέρα δὲ τρίμηρος, ἐν ἧ ἀπὸ τοῦ
θερινοῦ τροπικοῦ ἐπὶ τὸν ὀριζήοντα καταπίπτει καὶ πάντα τοῦτον

τὸν χρόνον ὑπὲρ γῆν κύκλους παραλλήλους ἐνεχθίσειται.
ἔπει δὲ συμβαίνει τὴν οἴκησιν ταύτην ἐν μέσῃ τῇ κατεψυγμένῃ
καὶ ἀουζήνῃ ζώνῃ ὑπάρχειν, ἀνάγκη διὰ παντός νέφεσι κα-
τέχεσθαι τὸν τόπον καὶ ἐπὶ πολὺ βάθος ἀέρος συνεστηχέναι τὰ
νέφη καὶ μὴ δύνασθαι τὰς τοῦ ἡλίου ἀγὰς διακόπτειν τὰ
νέφη. ὥστε εὐλόγως νότια διὰ παντός εἶναι παρ' αὐτοῖς καὶ ²⁾
σκότος· ὅταν μὲν γὰρ ὑπὲρ γῆν ³⁾ ὑπάρχει ⁴⁾ ὁ ἥλιος, σκότος
ἔστι παρ' αὐτοῖς διὰ τὴν παχυμέρειαν τῶν νεφῶν, ὅταν δ' ἐπὶ
τὸν ὀριζήοντα ὁ ἥλιος ἢ, διὰ τὴν φεσικὴν ἀνάγκην νύξ ἔστι παρ'
αὐτοῖς, ὥστε διὰ παντός ἀφώτιστον αὐτῶν εἶναι τὴν οἴκησιν.
τοῦτο οὖν, φησί (scil. ὁ Κράτης), τὸ λεγόμενον ἔστιν ὑπὸ τοῦ
ποιητοῦ· „οὐδέ ποτ' αὐτοῖς ⁵⁾ ἡλίου φαέθων ἐπιδέρχεται ἀ-
κτινέσει“ ⁶⁾ (λ. 15/6).

1671, 60: (τοῖς Κιμμερίοις ἐτέ-
ταιο) αὐτόχρομα νύξ καθόλου,
ὡς ὁ Κράτης ἐπιτίθειται. ⁵⁾

1671, 54: ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ
„οὐδέ ποτ' αὐτοῖς ἥλιος ἐπι-
δέρχεται“, διασαφητικὸν ἐστὶ
τοῦ· „ἡέρι καὶ νεφέλῃ κεκα-
λυμμένοι“ τῶν μὲν γὰρ ἄλλων
ἔστιν ὅτι καιρικὴ νεφέλη καὶ
ἀήρ καταπέπασται, Κιμμερί-
οις δὲ οὐδέποτε ἥλιος ἐφόρει.

Sequuntur verba Posidonii iudicium ferentis de Cratetis doctrina: εἰ μὲν οὖν ταῦτ' ἐνθυμηταί
“Ομηρος, ἕτερος ἔστι λόγος· οἱ δὲ εἰσι τόποι τινὲς τῆς γῆς σφαιροειδοῖς ὑπαρχούσης ἐχόντες
τὰ προειρημμένα μεγέθη τῶν ἡμερῶν πρὸς ἄλληλα, δῆλον ἐπ' αὐτῆς τῆς σφαιράς· τοὺς μέντοι
γε τόπους τοῖτους ἀουζήτους εἶναι συμβέβηκε διὰ τὴν τοῦ ψύχους ὑπερβολὴν· ἐν μέσῃ γὰρ
κεῖνται τῇ κατεψυγμένῃ ζώνῃ. Quae vero ipse Posidonius de Cimmeriis Homericis putaverit, vide
supra p. 33 l. 22 c. nota 5 ⁸⁾).

Posidonium vero Gemini auctorem esse, quod Maass. in Arateis p. 199 dubitabat, nunc
iam secundum ea, quae Manitus in editione Gemini p. 251/2 dixit, et secundum ea, quae nos supra
p. 13/4 de Posidonio Gemini Strabonisque auctore demonstravimus, certum est. ⁹⁾

¹⁾ codices ὡς, recte correxit Manit.

²⁾ καί, quod olim conjecit Wachsmuth., solus Parisinus 2385 praebet.

³⁾ Duo codices ὑπὲρ γῆς.

⁴⁾ Codices ὑπάρχει.

⁵⁾ De adversario Crateteae sententiae, ex cuius libro hoc frustulum Cratetis doctrinae sumptum
est, v. infra p. 38 l. 28. Cuius adversarii sunt verba οὐ μὲν, quae ante αὐτόχρομα hoc loco non adscripsimus.

⁶⁾ Sic codices; rectius αὐτοῖς, quod maluit Manitus. Cf. p. 39 l. 17.

⁷⁾ Complures codices ἀκτινέται.

⁸⁾ Contra Cratetem stant Posidonius apud Geminum (cf. etiam infra p. 38); Priscian. Lydus, solut.
ad Chosroen (Bywater, suppl. Aristot. l. 2 p. 67, 15); Eustath. ad v. (1671, 59) quo loco Aristarchi sententiam
servatam esse nobis persuasum est (cf. infra p. 38). Quomodo Porphyrius se habeat, latet: cf. Schrader.,
Porph. Od. quaest. p. 102, 6; cf. Eust. 1671, 22 sqq.

⁹⁾ Ex Cratetis sententia pendet Valerius Flaccus., Argonaut. III 398/401. 404; Cratetis doctrinam de
nocte annuaria suam fecit Anton Diog., τὰ ὑπὲρ Θεοῦ ἀπαντα p. 236, 23 Hercher. in ser. Gr. erot.: ἐξείνα
λέγον ἰδεῖν, ἃ καὶ οἱ τῆς ἀστρονομίας τέχνης σπουδασταὶ ὑποτίθειται, ὅσον ὡς ἔστιν ἐπίσης δυνατὸν κατὰ
κορυφὴν τὴν ἄστρον εἶναι, καὶ τὴν νότια μερμαίαν, καὶ ἑλαττον δὲ καὶ πλέον, καὶ ἑξαμηναίαν δὲ καὶ τὸ ἑσχατον
ἐπιναυσίαν. (Perperam igitur Rohde, griech. Roman² p. 287 n. 3 Cratetis oblitus erat.) — Cf. etiam locos
apud Berger., Eratosthen. frgm. p. 150 n. 2 collatos. — Etiam Demo servavit aliquid Cratetis sententiae:
cf. Ludwich., ind. lect. Königsberg 1912 p. 23, 20. — Cf. praeterea Pauli Diacon. Exc. ex libr. Festi de signif.
verb. s. v. Cimmerii (p. 43 ed. Müller., p. 30, 17 ed. Thewrek o Ponor.), quae sunt ex Varronis opibus: cf. Lac-

Sed Crates in zonis frigidis et sub polis etiam Plutonis regna esse censuit: cf. Steph. Byz. s. v. *Τάρταρος* (I p. 606 Meinecke):

(Tartarum vocat) *Κράτης τὸν ὑπὸ τοῖς πόλεσι ἄρα παχύν τε καὶ ψυχρόν τινα καὶ ἀρώπιστον.*¹⁾

Propterea Crates magis e re esse arbitratus aliud nomen Cimmeriis Homericis dare, quo
 5 ex nomine eos cum inferiorum regno coniunctos esse accuratius appareret. Praeterea et a scriptoribus
 quibusdam, qui hac in re iam ante Cratetem versati erant, (v. l. 17 et 21) et hac causa per-
 motus est, quod recte intellexit doctrinae suae quam de his hominibus fere sub polis habitantibus
 protulerat, nomen Cimmeriorum non favere; quem populum Cratetis temporibus omnes viri eruditi
 sciebant haud procul a Graecia ipsa habitasse et habitare²⁾. Ergo Crates scripsit
 10 λ 14 *ἐνθάδε Κερβερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,*
 cuius mutationis testimonia haec proferre possumus, fere omnia, ut nobis quidem persuasum est,
 Herodiana (cf. enim Lentz. II p. 534, 7):

Et. Magn. ex Herodiano ³⁾	Hesychius	Eustathius ad λ 14 ⁴⁾	Schol. MPV ⁵⁾	schol. in Aristoph. Ran. 187	Photius
Κιμμερίων .. γρά- 15 φεται καὶ Κερβε- ρίων· καὶ εἶσι καὶ Σοφοκλῆς ⁷⁾ (frg. 898 Dind.) περι- πεπωκέναι τῆ 20 τοιαύτη γραφῇ, ὁ- μοίως καὶ Ἀριστο- γάνης ἐν Βατρά- χους οἶον ἢ ¹²⁾ Κερβερίους λέγω.	φασὶ δὲ καὶ τοὺς Κιμμε- ρίους Κερ- βερίους ⁸⁾	Κράτης μέντοι Κερβερίων ⁶⁾ γρά- φει, ἀκολουθήσας οἶμαι τῷ κοινῶ, τῷ ¹⁰⁾ Κερβερίους ¹¹⁾ παί- ζοντι.	οἱ δὲ Κερ- βερίων ὡς Κράτης.	ἢς Κερβερίους] τι- νες καὶ κατ' Ὀμή- ρου γράφουσιν „ἐν- θάδε ⁹⁾ Κερβερί- ων“ ἀντὶ τοῦ „Κιμμερίων“.	Κερβερίοι οἱ παρ' Ὀμή- ρου Κιμμε- ριοί
25 Et. M. 513, 45.	II p. 467 Sch.	1671, 2	II p. 479, 13 Dind.	Dind., Aristoph. chol. IV 2 p. 33, 3.	p. 156, 23 Naber.

tant. I 6; cf. Serv. ad Verg. Aen. VI 107 (II 1, p. 24, 1 sq. Thilo.) — De ratione, quae intercedit inter Cratetem et Pytheam., v. Berger., Gesch. d. Erdkunde, p. 343 sq. n. 3.

1) Cf. Lentz., I p. 194, 29; sed dubium est, num haec verba Herodianeis inserenda sint secundum ea,
 30 quae scripsit Schultz., Pauly.-Wissowa., Realencycl. VIII c. 962, 31. Alia eius modi Cratetea hic praetermittamus. Cf. etiam Berger., Erdkunde der Griechen²⁾, p. 450 sq.

2) Cf. Ephori et Timaei et Heraclidis Pontici sententias supra p. 34 allatas. — Cf. Polybium contra
 Eratosthenem pugnantem apud Strab. II 4, 8. C. 108. I p. 162, 23 Kram; cf. Eratosthenis verba de frigore in
 35 *Κιμμερικῶ βοσπόρῳ*: Strab. II 1, 16. C. 74. I p. 113, 21 Kram. — Cf. Herodot. IV 11 sq. cum. schol. Hom.
 ad λ 14 (II p. 479, 15 Dind.) et Eust. 1671, 14/22. 28/30. 41/2 et Strab. XI 2, 5. C. 494. II p. 431, 16
 Kram. — Cf. Aesch. Prometh. 732 cum schol. — Aliam causam mutationis haud ita gravem profert Hennings.,
 Homers Odyssee p. 313: weil Homer, wenn er anders (sic) vor dem Herakleidenzuge gelebt habe, von den historischen
 Kimmeriern noch nichts gewußt haben könne. Sed sedes Cimmeriorum erant inde ab antiquissimis temporibus
 septentrionem versus sitae, quod Homerus, etiamsi duodecimo a. Chr. n. saeculo vixisset, scire potuit.

3) Eadem Et. Flor. p. 186 Miller.; cf. lex. Ps. Zonar. col. 1208 c. not. 11.

4) Cf. schol. ad Aristoph. Ran. 187 (Dind., schol. Aristoph. IV 2 p. 33, 5): ἢ μᾶλλον τοὺς Κιμμερίους
 φασὶν παῖζει δὲ παρὰ τὸν Κέρβερον. Similiter in schol. Raven. cod., ib. (Rutherford I p. 302): *Κερβερίους]*
 τοὺς Κιμμερίους λέγει.

5) Haec decurtata sunt in schol. cod. Vespas. Gonzag. (La Roche. ed. I p. 233 ad λ 14): γὰρ χρίμα-
 45 ρίων καὶ κερβερίων.

6) Eust. *Κερβερίους* neglegenter; correximus.

7) Non accipienda est Tittmanni (lex. Ps. Zon. I s. s.) coniectura ὁ σοφὸς Κράτης.

8) Sequuntur verba: καὶ τὴν πόλιν οἱ ἐν Κερβερίων κατοῦσιν, οἱ δὲ Κιμμερίων, cf. Plin. n. hist. VI, 6
 50 ultimoque in ostio Cimmerium, quod ante Cer(b)erion vocabatur. Quo vinculo haec cum Crateteis coniu-
 genda sint, latet.

9) Codd. Homeri praeter Hamburg. 56 *ἐνθα δὲ* . . Cf. infra p. 39 l. 13.

10) Eustathius *τόλον*; correxit Wachsmuthius p. 51 n. ad v. 8.

11) Eust. *βεβερίους* neglegenter; corr. Sengebusch., diss. Hom. I p. 180.

12) Versus est 187, ubi vulgo legitur ἢς *Κερβερίους*, quod accipiendum est.

Ex quibus testimoniis ea, quae in Et. M. et apud Hesychium leguntur, ex Herodiani servata esse secundum Lentzium (II p. 534, 7 c. not.) certum est; item iudicandum est de Eustathio¹⁾: nam arte inter se Herodianus et Eustathius in re ipsa coniuncti sunt et in eo, quod et apud Herodianum et apud Eustathium ei, qui *Κεοβείονς* scribebant, eos, qui *Χειμερίονς* volebant, subsequuntur. Cum vero hae duae sententiae etiam in scholiis MPV coniunctae legantur, fortasse et haec scholia 5 ex Herodiano desumpta sunt; sed quod hae duae sententiae ordine mutato in scholiis scriptae sunt, res non tam certa est. Nihil autem certum potest proferri de origine schol. Aristophan. et verborum Photii, quamquam etiam ibi aliis locis Herodiana inveniuntur (Lentz. praef. p. CCXV. CCXVI).

Demonstratur vero his ex testimoniis Cratetem hanc *Κεοβείον* nominis formam re vera Homero obruisse; sibi enim persuaserat hanc ad suam sententiam de illius populi sedibus, quae 10 prope a Plutonis regno erant, optime quadrare, propterea quod nomen a Cerbero, Plutonis cane, derivatum est. Nam ut Cerberus, Plutonis canis, ante portam sedis mortuorum (cf. Roscher., lex. myth. II p. 1119, 29 sqq.), ita hi Cerberii ante ipsa inferorum regna incolunt atque intransibilibus quasi ianitores sunt. Ex verbis Et. M. et Eustathii sequitur, ut apud nonnullos scriptores, ex quibus Sophoclem et Aristophanem novimus, Crates hanc nominis formam iam invenit. 15

Sed unde sumpsit Herodianus Cratetis memoriam, cum libros eius ipsos eum non inspexisse certum sit (cf. dissert. p. 65)? Fieri non potest, ut hoc problema certis argumentis solvatur: sed coniectare liceat Proteam Zeugmatitam²⁾ Cratetis olim mentionem fecisse, quod is grammaticus, qui quando vixerit certum non est, et in Et. M. et apud Eustathium et in scholiis (cf. p. 36 n. 5) cum Cratetis memoria arte coniunctus est et sententiam Cratetis aliquo modo secutus videtur esse; nam 20 pro *Κιμμερίων* nomine *Χειμερίων* (Winterliche) legere vult. Proteas igitur sententiam Cratetis secutus hanc nationem in septentrionibus posuit, sed nomen a Cerbero cane derivatum vitavit; quare Cratetem defendisse grammaticus Pergamenis inserendus videtur contra Aristarcheorum incursions: nam secundum Aristarchum nomen Plutonis canis Homerus nondum novit (schol. Ariston. A ad Θ 368 p. 147 Friedl.; Pausan. III 25, 4; cf. Lehrs. p. 180²⁾; Roscher. l. m. s. lin. 42 sqq.), quod procul 25 dubio Aristarchus etiam contra Cratetem signo *διπλῆς* versui apposito adnotavit. Fortasse igitur in Proteae libro Herodianus Cratetis doctrinam invenit.

Sed etiam alia via indagari potest, quo modo fieri potuerit, ut Cratetis doctrina usque ad Herodiani tempora aetatem ferret. Nam exstat schol. H ad λ 14 (II p. 479, 13 Dind.; Ludwich., Arist. hom. Textkrit. I p. 585, 12): *ἐνθα δὲ Κιμμερίων] Ἀρίσταρχος Κεοβείον*³⁾. Sed hoc 30 Aristarchum non scripsisse certum est⁴⁾: quamquam enim, quid Aristarchus scripserit, non in scholiis legitur, eum formam nominis vulgatam et antiquam servasse apparet: nam primum quidem secundum Aristarchum Homerum *Κεοβείον* nomen nondum scire modo protulimus, tum dubium non est, quin id nomen, quod etiam hodie vulgatum est, iam Aristarchus in omnibus exemplaribus invenerit, praesertim cum Crates quoque in exemplari suo, quod sequi solebat, vulgatam formam et ipse legeret, 35 quod statim demonstrabimus (p. 38 l. 37). Quapropter hoc scholium non aliter possumus explanare nisi Aristarchum hoc loco contra Cratetis sententiam pugnasse (cf. supra p. 21 c. not. 2): qua ex re statuendum est post Aristarchi nomen, quo nomine notatum est sic, ut in textu legeretur, legisse ac probasse Aristarchum, Cratetis nomen excidisse incuria ac stultitia scribarum. Quapropter legendum est collatis scholiis MPV 40

ἐνθα δὲ Κιμμερίων] Ἀρίσταρχος, (ὄν) Κεοβείον, (ἄς Κράτης).

Igitur huic versui λ 14 *διπλῆς* contra Cratetem adpicta erat; scholium H vero ex Didymi libro servatum esse contendimus.

¹⁾ De Herodiano auctore Eustathii v. Lentz. praef. p. CCXV; Cohn., Pauly.-Wissowa., RE VI s. v. Eustathios col. 1470, 45 sqq. 45

²⁾ Cf. Et. M. 513, 45 (v. etiam Lentz. II p. 534, 9); Eust. 1671, 3; schol. PV ad v. II p. 479, 14 Dind. Praeterea solum apud Steph. Byzant. Proteas commemoratur s. v. Zeugma p. 295, 14 M. *τὸ ἐθνικὸν . . . Ζευγματίτης . . . ὡς καὶ Πρωτίας ὁ γραμματικὸς Ζευγματίτης.*

³⁾ Cod *Κεοβείων*; recte mutavit Porson.

⁴⁾ Vide Ludwich., l. s. s.; Sengebusch, Jhrbb. 1853 p. 413 sq. 50

Sed apud Eustathium alterum fragmentum altercationis Aristarchi et Cratetis latet: nam ex Aristarchi opibus ea, quae compositorum sumus, sumpta esse omnibus, qui haec inter se accurate comparabunt, apparebit:

Apoll. Soph. lex. Hom. p. 117, 8 Bekk.
 5 νύξ ἐπὶ μὲν τῆς σωματοειδούς
 θεᾶς · „εἰ μὴ Νύξ δμητήρα
 θεῶν“ (Il. XIV 259), ἐπὶ δὲ
 τοῦ σινηθῶς · „καὶ νύξ φθῖτ'
 ἄμβροτος“ (Od. XI 329), ἐπὶ δὲ
 10 τῆς σκοτίας „ἀλλ' ἐπὶ νύξ ὀλοή
 τέταται“ (Od. XI 19), ἐπὶ δὲ
 τοῦ θανάτου · „τὸν δὲ καὶ ὄφ-
 θαλιμῶν ἑρεβεννὴ νύξ ἐκάλι-
 φεν“ (Il. V 659; XIII 580)

15

20

25

Eustath. 1671, 56: ἰστέον
 δὲ ὅτι τὸ „νύξ ὀλοή“ πρὸς
 διαστολήν ἐρρέθη τῆς κατὰ
 φύσιν νυκτός. ἐκείνη γὰρ ἀμ-
 βροσίη νύξ λέγεται, καὶ κείθην
 ἔχει ὡς ἀγαθὴ κατὰ τὸ „ἀγαθὸν
 καὶ νυκτὶ πισθέσθαι“ (Il. 282).
 ὅτι δὲ καὶ σωματικὴ νύξ κατὰ
 τὸ · „εἰ μὴ Νύξ δμητήρα θεῶν
 ἐσάωσε“ (Il. XIV 259), καὶ ὅτι
 νύξ καὶ ἡ πικρὴ νέφωσις, ἣν
 καὶ ἥερα γηγῖν Όμηρος κατὰ
 τὸ · „Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ἴδουσαι
 ὑπ' ἡέρος υἱας Ἀχαιῶν“ (Il. XVII
 645), οἱ παλαιοὶ δηλοῦσι,
 λέγοντες, ὅτι καὶ τοῖς Κιμ-
 μερίοις τοιαύτη νύξ (ἐ)τέτατο,
 ἣγον ζοφώδης κατάστασις, ἀπὸ
 ἐπινέφελος, οἱ καθαροὶ ἡλίῳ
 λαμπόμενος. οὐ μὴν ἀντόχημα
 νύξ καθόλου, ὡς ὁ Κράτης
 ὑποτίθεται · πῶς γὰρ, φασὶν
 (οἱ παλαιοὶ), εἶχον ζῆν;

schol. A Ariston. ad P (XVII) 644.
 649. (Lehrs. 2 p. 102. Friedl.
 p. 279)

ἡ διελῆ, ὅτι ἀέρα τὴν σκοτίαν
 καλεῖ.

ἡ διελῆ, ὅτι σαφῶς τὴν σκο-
 τίαν ἀέρα λέγει · ἐστὶ γὰρ τὰν
 τὸν τῷ οὐμίγλῃ καὶ ἀπῶσε τὸν
 ἀέρα, ὃ ἐστὶ οὐμίγλῃν.

Quibus comparatis nobis persuasimus eum, qui hoc Eustathii loco Crateti obloquitur (cf. Maass, Arat. p. 199, qui se hunc scire negavit), Aristarchum esse; qui, cum de vocabulis ἡέρος et νυκτός ageret, de Cratetis mutatione, quam repugnavit, verba fecit.

30 Tum dicendum est in mendum Cratetis, qui propter praeoccupatum iudicium huius gentis nomen mutavit, etiam alios incidisse: nam erant, qui scriberent *Κεμμερίων* (Et. M. 513, 44) · *κέμμερον* γὰρ λέγουσι τὴν οὐμίγλῃν.

Postremum Posidonius in ea sententia, quam de Cimbris protulit (cf. Plut., Marius XI), Cratetis doctrinam respexit¹⁾. Quos enim Posidonius Cimberos nominabat, sunt Cratetis Cerberii, sed secun-
 35 dum certiores nuntios, qui ad Posidonium delati erant, magis australem versus admoti.

Unum quidem reliquum est dignum, quod commemoretur: apud Geminum, ubi Cratetis de Cimmericorum opinio ipsis grammatici verbis a Posidonio exponitur, in versu Homericō λ 14 vulgatum *Κιμμερίων* profertur a Cratete. En habes fundamentum, quo adiuvamur in restituenda ratione, qua Crates hunc versum tractaverit: Primum Crates suam de Cimmericis sententiam geographicam et cosmographicam exposuit; tum ad nomen gentis mutandum adiit; quae verba Geminus vel ex-
 40 cerptor Gemini non exscripsit, quod has criticas Cratetis curas non respexit, ut nos supra p. 14 demonstravimus. At cum ibi ea, quae Posidonius de mutatione Cratetis exscripsit, apud Strabonem servata legantur, hic Strabo tacet; apud Herodianum exstat Cratetis doctrina. Crates igitur legit in Homeri verbis ipse *Κιμμερίων*; sed mutare ausus est propter suam de Homeri scientia geographicam doctrinam; quam mutationem in commentario explanasse exemplisque recentiorum demonstrasse per
 45 se patet.

¹⁾ Cf. Müllenhoff., Deutsche Altertumskunde II p. 174 sq.

FRAGMENTUM XXV

Breviter nunc proferamus, quae scripturae versuum Homericorum λ 14—19 a Cratete prolatorum dignae sint, quae tractentur; quo facto etiam hoc loco melius cognosci potest, qualem textum Homericum Crates ante oculos habuerit (cf. supra p. 26 frgm. XXII). Nam quod Posidonius, quem Geminus adhibebat, ipsa Cratetis verba affert, etiam Homeri versus ea forma, qua
5 forma Crates eos legit, afferri certum est. Quapropter perlegas haec:

λ 14 ἐνθάδε Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμος τε πόλις τε
15 ἥερι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοῦς
16 ἥελιος φασέθον ἐπιδέσκειται ἀκτίνεσσιν,
17 οὐδ' ὀπίσταν στείχουσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
18 οὐθ' ὅταν ἄψ' ἐπὶ γαίαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται,
19 ἀλλ' ἐπὶ νύξ' ὅλοϊ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Crates igitur in versu 14 scriptum invenit ἐνθάδε aut litteras traditas sic coniunxit; hoc praebet codex Hamburgensis 56, non ἐνθα δέ . . ., quod vulgatum est. Memorabile enim est et apud Geminum et in scholio Crateteo ad Aristoph. Ran. 187 adscripto idem scriptum est: 15 ἐνθάδε; qua re Cratetem sic legisse demonstratum est. Tum Κιμμερίων invenit; qua de gente copiose egit (cf. frgm. XXIV). Deinde in versu apud Geminum et αὐτοῦς et αὐτοῖς citantur; quod discrimen non tolli debet: nam testimonium est Crateteae levitatis, qua erat his in rebus pusillis; quamquam Crates certo certius αὐτοῦς in codice suo legit, tamen etiam id, quod secundum sensum intellegi potest, αὐτοῖς p. 35 l. 19 scribere anteposuit. Sed memorabilius est Cratetem in versu 20 λ 16 bis ab eo allata non cum Aristophane Byzantio Aristarchoque in exemplari suo legisse καταδέσκειται (cf. Ludwig, Ar. Hom. Textkrit. I p. 586, 5), sed ἐπιδέσκειται, quae forma vulgata etiam hodie est¹⁾, quam praeter Cratetem legerunt Hesiodus (cf. theogon. vers. 760), Ephorus apud Strabonem V 4, 5. C. 244. I p. 388, 13 Kram., Tzetzes Alleg. λ 11²⁾). Itaque Cratetis exemplar carminum Homericorum non erat optimae notae. Tum Crates videtur legisse ἀκτίνεσσιν, ut Flor. 25 Laur. 52 praebet, sed hoc cum mendum scribarum esse possit, hoc loco mittamus; quamquam propter Crateteam scripturam ἐνῆμαρ versus M 25 (cf. dissert. p. 21 not. 2) memorabile est etiam hoc loco metrum Cratetem fortasse neglexisse. Denique in versu 17 legit οὐδ' ὀπίσταν, in versu 18 οὐθ' ὅταν; quarum vocum οὐθ' hodie praebet iterum codex Hamburgensis 56 et An. Oxon. I 328, 14, ὀπίσταν quattuor codices Flor. Laur. XXXII 24, Vidobonensis 133, Paris. 2403, Cracov. 543, ὅταν 30 duo (Florent. Laur. 52, Cracov. 543): igitur certum est haec sic olim in exemplaribus veterum manuscriptorum scripta fuisse, ex quibus Crates simili quodam usus est.³⁾

Haec, quae modo collegimus, respicienda sunt ei, qui textus Homericus formam a Pergamenorum sectae coryphaeo olim adhibitam restituere conetur (cf. supra frgm. XXII; dissertat. p. 29, 47).

FRAGMENTUM XXVI

Anticlea Ulixi filio querenti dicit mortalis totum corpus humanum evanescere:

λ 220 ἀλλὰ τὰ μὲν τε πρὸς κρατερὸν μένος αἰθρομένοιο
221 δαμνᾶ, ἐπει κε πρῶτα λίπη λευκὴ ὀστέα θυμῶς.

Codices in verbis δαμνᾶ ἐπει κε variant: δαμνᾶ ἐπει κε exhibent codices Harl. 5674, Cracoviensis. 543, Ven.-Marc. 613, cum γρ' etiam Vindob. 133, similiter Pal. Heidelb. 45 δαμνᾶ ἐπει κε.⁴⁾ Item 40

¹⁾ Hamburg. cod. 56 et hymn. Hom. in Cererem 70 καταδέσκειται praebent.

²⁾ Strab. ipse ἐπιλέμματα profert I 1, 10. C. 6. I p. 10, 15 Kram.; Aeschyl., Prometh. v. 796 προσδέσκειται praebet.

³⁾ De αὐθ' pro ἄψ' nil affirmare volumus, cum libri manuscripti variant.

⁴⁾ Item cod. Vesp. Gonzagae di Columba; huc etiam referendus est cod. Flor. Laur. 52, qui praebet 45 δαμνᾶ, ἐπει κε (cf. Mollhuysen. l. s. s. p. 85) corruptum. Praeterea huc pertinet Vratislav. 28 δαμνᾶ, ἐπει κε . . .

legerunt et Porphyrius in libro *περὶ Στεγῶς* (Stob. Ecl. I 49, 50. I p. 420, 13 Wachsmuth.) et Herodianus II p. 151, 12, v. etiam p. 211, 18 Lentz. Sed *δάμναι* ²⁾ *ἐπεὶ κε* praebent codices Flor. Laur. 32, 42, Vindob. 133, Paris 2403, Monac. August. 519 B Hamburg 56. ¹⁾

Ut vero nos melius quam Lentzius potuit ²⁾ investigemus, quae viri docti de hac forma
5 *ΔΑΜΝΑΙ* statuerint, comparemus haec:

Herod. (schol. H ad λ 221)	Eustath. ad Ξ 199	schol. T ad Ξ 199	schol. B ad Ξ 199
A. de tertia persona indicativi praesentis activi:			
a. <i>δαμνῶ</i> ὡς <i>κιρνῶ</i> ³⁾ .			
b. <i>εἰ</i> δὲ ⁴⁾ „ <i>δάμναται</i> ⁴⁾			
10 ὡς <i>κεν</i> <i>πρῶτα</i> <i>λίπη</i> “ (λ 221), ὡς <i>Κράτης</i> .			
c. ὁ δὲ <i>Ἀσχαλωνίτης</i> <i>συνε</i> † <i>δάμνα</i> . . . ⁵⁾			
B. de altera persona indicativi praesentis medii: ⁷⁾			
15 a. ἢ τοῦ <i>δάμνασαι</i> ἀ- <i>ποκοπή</i> ⁶⁾ . <i>ἔξοδον</i> (Ende des Wortes <i>δαμνῶ</i>) δὲ (<i>δεῖ</i>) ⁸⁾ <i>ἀναγνωσκῆναι</i> <i>πε-</i> <i>ρισπωμένως</i> ἀπὸ τοῦ <i>δα-</i> 20 <i>μνῶμαι</i> , ὡς <i>πειρῶμαι</i> „ <i>πειρῶ</i> ἐμεῖο, <i>γεραῖε</i> “ (Ω 390), καὶ (<i>ὄνκ</i>) ⁹⁾ ἐκ- <i>φρονιμένου</i> τοῦ <i>ι</i> .	<i>τὸ</i> <i>δαμνῶμαι</i> <i>δαμνῶ</i> , <i>οἶον</i> „ <i>ὅ</i> <i>τε</i> <i>ὅν</i> <i>πάντας</i> <i>δαμνῶ</i> <i>ἀθανάτους</i> “ (Ξ 199), ἤγουν <i>δαμνῶντες</i> , <i>τὸ</i> <i>πρωτόπαιον</i> <i>ἔστι</i> τοῦ <i>δάμνημι</i> , ἀφ' οὗ τὸ 25 <i>δάμναται</i> καὶ τὸ <i>δάμ-</i> <i>νασθαι</i> καὶ τὰ ὁμοῖα.	<i>δαμνῶ</i>] 2. οἱ δὲ <i>Ἀώριον</i> <i>αὐτὸ</i> ἀπὸ τοῦ <i>δάμνασαι</i> . 1. οἱ μὲν ὁμοίως τῶ „ <i>πειρῶ</i> ἐμεῖο, <i>γεραῖε</i> “ (Ω 390).	<i>δαμνῶ</i>] <i>ἀποκοπή</i> τοῦ <i>δάμνασαι</i> , <i>Ἰω-</i> <i>ρικῶς</i> .
b. (<i>δάμνα</i>) ¹⁰⁾ . ὡς τὸ <i>δύνα</i> <i>παρ'</i> <i>Ἀπτικοῖς</i> ¹¹⁾ .		<i>(δάμνα)</i> ¹⁰⁾ 3. οὕτως <i>Ἀγρίσ-</i> <i>ταρχῶς</i> <i>φησὶν</i> „ <i>ἐπίσ-</i> <i>τα</i> ¹²⁾ , <i>δύνα</i> , ὄλον δὲ <i>ἐπίστασαι</i> ¹³⁾	
30 p. 491, 9 Dind. Od. schol.	977, 64	VI p. 74, 18 Maass.	IV p. 49, 7 Dindorf.

¹⁾ Etiam Eustath. 1680, 15 explicat: *ἀπὸ μὲν πρὸ δάμναται, ἐπειδὴν πρῶτα λίπη*; videtur igitur legisse: *δαμναί, ἐπεὶ κε* . . . Versus neque afferuntur neque in papyris inveniuntur.

²⁾ Cf. Philol. 17 p. 518. et Herodian. l. s. s.

35 ³⁾ i. e. ut *κιρνῶ* et *κιρνῆμι* apud Graecos adhibentur, ita *δαμνῶ* et *δάμνημι*: intellegis Herodianum esse analogiae defensore.

⁴⁾ Cod. Harl. propter *δε*, quod antecedit, falso exhibet *ἀνάται*.

⁵⁾ Locus corruptus, quem non sanavit Lentz, l. s. s. Hoc solum cognosci potest Ptolemaeum cum aliquo viro docto consensisse; cum Cratete, quem commemoravit, an cum Herodiano? Quid scripserit Ptole-
40 maeus, restitui iam non potest.

⁶⁾ Haec non cum doctrina Ptolemaei coniungenda esse, quod fecit Lentz., demonstrant scholiorum B et T verba. *δαμνῶται* cod. H; correximus secundum scholia BT.

⁷⁾ In eis, quae sequuntur, de altera persona agi gravissimum est. Quae hoc loco in codice H leguntur, ex scholio servata sunt, quod olim multo amplius ad Ξ 199 adscriptum erat. Et ea fortasse ex
45 Herodiano desumpta sunt (v. Eustath.; praeterea inspicere, quae ex Choerobosco Lentz. II p. 839, 48 sqq. praebet.).

⁸⁾ Hoc *δε*, quod post *δε* facile excidere potuit, nos inseruimus. Aliter Lentz. l. s. s.

⁹⁾ Hoc *ὄνκ*, quod ante *ἐκφρονιμένου* excidit, inseruimus, quod sensu postulatur.

¹⁰⁾ Novum scholium incipere videtur; praeterea propter sensum et propter *οἶτως* hoc *δάμνα* inseruimus. Herodianusne etiam huius scholii auctor sit, latet.

Scimus igitur de forma $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$ versus λ 221 egisse et Cratetem et Ptolemaeum Ascalonitam et Herodianum; ex quibus Herodianus hanc formam secundum analogiae normas ex activo $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\omega$ derivat: $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota > \delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$, collato verbo $\kappa\iota\rho\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\nu$, quod pro $\kappa\iota\rho\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\nu\mu\iota$ in usu erat. Quid vero Ptolemaeus docuerit, propter verba foede corrupta latet. Herodianus ergo nobis unicus testis est etiam hoc loco Cratetem critici munere functum esse: nam verba tradita $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$, $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\ \kappa\epsilon$ vel $\kappa\epsilon\upsilon$ mutavit in $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$, $\acute{\omega}\varsigma\ \kappa\epsilon\upsilon\ \pi\rho\tilde{\omega}\tau\alpha\ \lambda\iota\pi\eta$; censemus vero, quantum iudicare est, Cratetem non impulsus esse, ut mutaret illo $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\ \kappa\epsilon\upsilon$, quoniam hoc secundum usum Homericum est (cf. e. g. N 285), cum illud $\acute{\omega}\varsigma\ \kappa\epsilon\upsilon$ Crateteum hac in significatione, qua exprimitur actio quaedam iterata, apud Homerum nusquam repetatur (cf. Ebeling, lex. Hom. II c. 500 a b B I 2 a).

Itaque Crates haesit in forma $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$ et illud $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$, quod praeter $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$ formam in codicibus legebatur, suo loco esse negavit. Causa vero mutandi nobis indicibus in eo posita erat, quod Crates verbum $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\omega$ alienum ab Homeri usu esse putavit. Re vera praesentis indicativus nusquam apud Homerum legitur, sed aliae huius verbi formae (cf. Gehring, ind. Hom. col. 170 s. v. $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$).¹⁾ Fortasse etiam grammaticus noster formae medialis similibus locis adhibitae (cf. ξ 488 $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$ Ξ 199 $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$) meminerat. Praeterea Crates elisionem verbi $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$ pro $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$ improbasse videtur; itaque eum etiam vocabulum $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota$, quod subsequitur, mutare opus erat²⁾. Sed illud $\acute{\omega}\varsigma$, quod Crates pro hoc $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota$ accipiebat, non magis contra usum Homericum est quam illud $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$ $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\ \kappa\epsilon$ probatur locis Homericis (cf. supra l. 7 sqq.); quapropter haec mutatio Cratetis prorsus abiicienda est.³⁾

Ceterum nonnulli similiter atque Crates hoc $\delta\alpha\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}$ immerito legi putabant, quorum ex sententia pars codicum praebet $\delta\acute{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\alpha}\tau\alpha\iota$; sed qui fuerint quoque vinculo cum Cratete coniuncti, prorsus latet.

Qua autem via haec memoria Cratetis usque ad Herodiani tempora servata sit, apertum non est, praesertim cum nesciamus, quae hoc loco scripserint et Ptolemaeus Ascalonita et Aristarchus⁴⁾. Fortasse Herodianus apud Ptolemaeum Cratetis doctrinam allatam invenit, quod Herodianum in afferendis Cratetis sententiis fontes, ut ita dicam, secundarios inspexisse constat⁵⁾.

FRAGMENTUM XXVII

Minerva Ulixi auxilio contra procos promisso exponit, quae facienda sint: et primum quidem Ulixi eundem est ad subulcum Eumaeum, cuius sues pascuntur

v 408 $\pi\alpha\rho\ \text{Κόρακος πέτρον ἐπὶ τε}^{(6)}\ \text{κρήνη Ἀρεθούση}^{(7)}$.

Hoc in versu scribendo omnes codices congruunt vulgatarumque legerunt Eust. 1746, 53, Steph. Byz. (s. v. Ἀρεθούσα p. 116, 7 Mein.), Herodianus (I p. 268, 31; II p. 919, 28 Lentz.)⁸⁾, Plutarchus (philosoph. cum princip. 776 E V p. 2, 22 Bernardak.), auctor libri Pseudoplut. de nobil.,

¹⁾ Atticorum exempla habeas haec: $\acute{\epsilon}\nu\iota\sigma\tau\alpha$ Aesch. Eum. 86. 581. $\delta\acute{\nu}\nu\alpha$ (vel in codicibus $\delta\acute{\nu}\nu\eta$; vide Choerobosc. p. 40 in not. 7 allat.) Soph. Philoct. 798. 849. Eur. Hec. 253. Andr. 239.

²⁾ $\acute{\epsilon}\nu\iota\sigma\tau\alpha$ sine ι subscripto in codice legitur; correximus.

³⁾ In scholio T haec verba ordine 1. 2. 3. leguntur.

⁴⁾ Cf. hoc verbum e. g. apud Theogn. 1388; Apoll. Rhod. Argonaut. I 464.

⁵⁾ Aliter, sed vix recte explicabat Porsonus apud Dind., Od. schol. II p. 419 in not.

⁶⁾ Non dubitamus, quin Crates hanc scripturam non ex codice quodam sumpserit.

⁷⁾ Cf. Ludwich, Ar. Hom. Textkritik I p. 588, 10.

⁸⁾ Didymusne Cratetis mutationem commemoraverit, latet: v. Ludwich, l. m. s.

⁹⁾ $\pi\alpha\rho\ \iota$ Cram. An. Oxon. I p. 394, 2. — $\kappa\alpha\iota\ \acute{\epsilon}\pi\iota$ codices Theocrit. 3. 5. Can. Gen. Vulc. Ambros. 222 (Ziegler. Theocr. carm. 1867 p. 16).

¹⁰⁾ De nominibus Κόρακος et Ἀρεθούσης qui scripserint, vide apud Ameis. et Hentze, comment. ad Od. III p. 31. — Cf. praeterea Hirschfeld. et Hülsen., Pauly.-Wissowa, RE I c. 679 sqq.

¹¹⁾ Num ea, quae Lentz. ex Steph. Byz. in $\text{περὶ καθολικῆς προσφθίας αἰ}$ (I p. 268, 31) edidit, Herodianeis inseri possint, post Schimbergi (Anal. Aristarchea, 1879, p. 14 sqq.) et Schultzii curas (Pauly.-Wissowa, RE VIII c. 962, 22) valde dubium est. Sed quod ex reliquiis $\text{περὶ μνηστικῶν λέξεων βιβλίον αἰ}$ (II p. 919, 28 Lentz.) certum est Herodianum, quamquam alteram Heracleonis explicationem novit et dubitanter attulit, Ἀρεθούσης vocabulum putasse nomen proprium, ut Didymus, fieri potest, ut his verbis Stephani similia quaedam verba apud Herodianum scripta fuerint.

3 (VII p. 202, 25 Bernardak.). Praeterea Heracleonem, Glauci filium, et Didymum Chalcenterum versum vulgatum, quem in commentariis Homericis tractaverunt, legisse ex eis, quae infra exscribemus, apparet; qui tamen in eo non consentiunt, quod Heracleo, cum Didymus huius versus vocabulum Ἀρεθούσης nomen proprium putaret, hoc vocabulum habebat epitheton omnibus fontibus commune. Aristarchum vero et Apollodorum Atheniensem in explicanda et legenda voce Ἀρεθούσης Didymo et Herodiano et Apollonio Sophistae (p. 44, 25 Bekk.: Ἀρεθούσης κρήνης ὄνομα ἐν Ἰθάκῃ) iam antecessisse, quamquam probabile est (cf. Schimberg. l. m. s. p. 14. 15 n. 2.), tamen hoc loco certis argumentis firmari nequit. Itaque hos viros doctos mittamus necesse est. Citationes papyriq̄ue desunt.

Cratetem vero hoc in versu offendisse, vocem Ἀρεθούσης nomen proprium fontis Ithacae haberi posse negavisse, Homeri tradita verba mutavisse testantur scholia Theocritea I 117 (cf. Wachsmuth. p. 53) 3. 5. Can. Gen.^b Vulc.¹):

ἀγνοήσας δὲ Κράτης,² (ἴτι πάσας τὰς κρήνας ἀρεθούσας καλοῦσιν.)
μεταγράφει (τὴ „ἐπὶ κρήνῃ Ἀρεθούσης“ „ἐπὶ κρήνης μελανύδρου.“³)

Sed primum quidem interrogandum est, qua via haec memoria Cratetis in scholia Theocritea delapsa sit; quam quaestionem post Lentzium⁴) et Schimbergium ambagibus missis solvere possumus. Sequitur enim ex scholiis Theocriteis, ut M. Mettius Epaphroditus, qui Nerva imperatore septuaginta quinque annos natus Romae mortuus est⁵), attulerit et Didymum⁶) et Heracleonem (cf. Pauly-Wissowa., RE VIII c. 513, 30), quorum ὑπομνήματα εἰς τὴν ἴ τῆς Ὀδυσσεΐας ipsa Epaphroditus inspexit. Heracleo autem docuerat (Steph. Byz. p. 116, 9 Mein. fortasse ex Herod. opibus I p. 269, I. II p. 919, 28 Lentz.) πάσας τὰς κρήνας⁷) ἐπιθετικῶς οὕτως (i. e. ἀρεθούσας) καλεῖσθαι; quod ἐπίθετον ex verbis ἄρω, ἄρωδω, ἀρέθω derivandum esse⁸). Ut vero hanc sententiam argumento ex usu νεωτέρων ποιητῶν petito firmaret, Heracleo teste Herodiano (cf. Egenolff., mus. Rhen. 35 p. 101; Bursians Jahresber. l. in not. 7. s.) Choerilum, epicum exeuntis v. a. Chr. n. saeculi poetam⁹), attulit, qui in α' τῶν Περσικῶν Homerum nempe imitatus et male interpretatus clausulam versus hexametri hoc modo composuit: παρὰ δὲ κρήνας ἀρεθούσας¹⁰); et ex his et ex eis verbis, quae subsequuntur (Kinkel., Ep. Graec. frgm. p. 267 frgm. 2), apparet poetam re vera tum secutum esse eandem interpretationem, quam Heracleo iterum post quattuor saecula profert. Quae cum ita sint, ex Epaphroditu opibus et Herodiano et scholiasta Theocriteus sua ceperunt.

Sed iam quaeramus, et uter Cratetis mutationem attulerit, Didymus an Heracleo, et uter hanc notitiam Epaphroditu suppeditaverit. Atque si quid e re ipsa et ex ordine verborum scholii Theocritei effici licet, Epaphroditum apud Heracleonem allatos invenisse censemus et Cratetem et Choerilum poetam; nam compares velim haec verba, quae verba Didymi sententiam (v. supra not. 6.) post lacunam sequuntur¹¹): „παρὰ Κόρακος πέτρῃ καὶ ἐπὶ κρήνῃ Ἀρεθούσης“ (v 408) · χαριέν-

1) 3 = Vatican. 38 s. XIV. 5 = Vatican. 42 s. XIV. Can. = Oxon. Bodl. 86. Genév. b. = Genév. cod. alt. interpret. Vulc. = ms. deperd. olim in bibl. Vulcan. — Scriba Ambrosian. 222 Cratetis sententiam non exscripsit (cf. Ziegler l. s. s. p. 17).

2) 3¹ κράτης.

3) Quae uncis saepissimum, nos inseruimus. De textus Homericus forma v. infra p. 43 l. 21.

4) Cf. praef. p. CLIII sqq. Sed vide p. 41 not. 8.

5) Cf. Cohn., Pauly.-Wissowa., RE V c. 2711 sqq.

6) De Didymi sententia (Steph. Byz., p. 116, 7 M.) v. Schimberg. l. s. s. — Didymus in eo, quod dixit Alpheum aquis suis Arethusam Siciliae fontem implere, sententia fere omnium Graecorum communi usus est: cf. Wentzel., Pauly.-Wissowa., RE I s. v. Alpheios no. 2 c. 1631 sqq. Posidonius enim solus hanc opinionem impugnavit (Strab. VI 2, 4. C. 270 sq. I p. 430, 6 sqq. Kram.). — Vide etiam Eustath. 1746, 2 ante 60.

7) Sic in cod. Vindob. Graec. 293: Egenolff., Burs. Jahresber. 1884, p. 66.

8) V. hanc sententiam ex Herodiano desumptam etiam in Et. M. 138, 18.

9) Cf. de hoc poeta Christ., Gr. Litt. Gesch.⁴ p. 110. Bethe., Pauly.-Wissowa., RE III c. 235. 9 sqq.

10) Cod. Vindob. 293 παρὰ pro παρὰ, fortasse melius: cf. Egenolff. l. m. s. p. 66.

11) Cf. Schimberg. l. s. s. p. 16 not. 1.

τως ¹⁾ τοῦ Ἐπαφροδίτου λέγοντος ²⁾ ἐν τῇ περὶ στοιχείων ³⁾, ὡς ἀρεθούσας καλοῦσι (πάσας) ἰὰς κρήνας ⁴⁾. ἀγνοήσας δὲ Κράτης μεταγράφει „ἐπὶ κρήνης μελανύδρου“. Igitur cum Epaphroditus sententiam Heracleonis totam acciperet, ab Heracleone solo doctrina Cratetis servata est, qui in hypomnematē ad ν' Ὀδυσσεύς eum protulerat. Qui unde notitiam suam ceperit, ex Aristarchorum Crateteorumve opibus an ex ipso libro Cratetis, quod minus est probabile, latet.

Didymum ⁵⁾ vero suam ὀπίω Ἀρεθούσων seriem eo consilio congressisse veri simillimum est, ut demonstraret poetam, quod in insula Ithaca fontem huius nominis commemorasset, increpandum non esse, quoniam complura loca sic nominata essent, et oppida et fontes (cf. Schimberg. l. s. s. p. 15 n. 2). Scripta igitur sunt haec de homonymis locis studia apud Didymum et apud eum, qui serie quattuor Ἀρεθούσων collecta Didymum antecessisse videtur (cf. schol. BHQV (II p. 577, 12 sqq. 10 Dind.; Eustath. ad v. 1746, 59) ⁶⁾ contra eos, qui hoc Odysseae loco Ἀρεθούσης fontis mentionem alienam putabant: ex quibus Choerilus et Crates nobis noti sunt. ⁷⁾

Deinde statuendum est hanc mutationem Cratetem comprobasse in libro exegetico et critico. Nam Crates mutaverat verba Homeri, quia, quod nonnullis verbis explanare debebat, ei fons huius nominis notus erat in Sicilia insula sola ⁸⁾ et quia ignorabat ἀρεθούσα epitheton esse omnium 15 fontium, quod ante Cratetem Choerilus, post eum Heracleo, Epaphroditus, dubitanter Herodianus affirmaverunt. Cognoscimus iterum Cratetem, quamquam non sine causis ad mutationem Homeri verborum commotus est, tamen parum caute talibus in coniecturis se gessisse: neque enim id semper agebat, quod Aristarchus et discipuli eius faciebant, ut poetae tradita verba, natura carminum Homericorum recte cognita et multa praeterea rerum scientia collecta, acriter defenderet et interpretaretur. 20

Denique quomodo Crates, quae tradita erant verba, mutaverit, tractandum est: scripsit nostro quidem iudicio:

ν 407 αἱ δὲ νέμονται
408 πὰρ Κόρακος πέτρῃ καὶ ἐπὶ κρήνης μελανύδρου
409 ἔσθουσαι βάλανον μενοεικέα καὶ μέλαν ὕδωρ
410 πίνουσαι 25

In versu 408 Ludwichii coniecturam καὶ ἐπὶ . . . edidimus, non id, quod Schimbergius ἐπὶ (τε) . . . secundum Homeri codices, anteposuit, ideo, quod in codicibus Theocriteis ante Epaphroditum et Cratetem commemorationem versus Homerus sic legitur. (cf. p. 41 not. 6.) Tum metrum hoc modo sine ulla coniectura aptum est. Sed cur Crates non scripsit ἐπὶ κρήνη μελανύδρω? Juxta νέμεσθαι, 30 quod motionis vocabulum est, Crates praepositionem ἐπὶ cum dativo coniunctam, quo casu quies exprimitur prope personam vel rem, non suo loco putavit, sed genitivum scripsit, quo motio ad fontem versus exprimeretur. An etiam πὰρ Κόρακος πέτρῃ eadem causa permotus mutavit? Adductus vero est ad hanc mutationem verbis μέλαν ὕδωρ versus subsequentis et versibus similibus

¹⁾ 3¹ χαριέντος.

²⁾ Sic 3. 5. Can. Gen. b. Ante Ahrensium legebantur cum Ambros. 222 haec verba: χαριέντος δὲ καὶ Ἐπαφροδίτος φησιν. Nunc vero Ἀριστάρχος pro χαριέντος (cf. Philol. V p. 430) emendare falsum est. 35

³⁾ Cf. Schimberg. p. 16 n. 2. Egenolff., Bursians Jahresberichte 1884 p. 66. Cohn., Pauly.-Wissowa., RE V c. 2714, 25.

⁴⁾ Pro τὰς voluit Meinecke πάσας, Egenolff. (πάσας) τὰς scribendum esse vidit. 40

⁵⁾ Eustathius hanc Didymi doctrinam in commentario ad Dionys. Perieg. adscripto sic praebet, cum de fonte Arethusa Euboica verba facit: δὲ γὰρ εἶδέναι, ὅτι οὐ μία ἢ Σικελικὴ, ὁλοὶ πολλὰί εἰσαν Ἀρεθούσαι (ad. v. 473, p. 190, 5 Bernhardt.).

⁶⁾ Quis fuerit, latet; Schimberg. sine certis argumentis etiam hoc loco Apollodorum subesse ratus est. Sed fortasse haec frustula ex Aristarchi ipsius opibus per Aristonici librum servata sunt. 45

⁷⁾ Probabilitatis species satis magna est, qua commoti affirmamus iam Aristarchum ipsum, qui haec studia facere solebat (cf. e. g. Schimberg. p. 8 sqq.), contra tales mutationes ex inscitia homonymorum exortas verba fecisse. Quapropter etiam apud Didymum et in ἰστορήματι εἰς ν' Ὀδυσσεύς et in libro de Aristarchi Homericis editionibus (Ludwich., Ar. Hom. Textkritik I p. 603, 1) Crates prolatus esse potest.

⁸⁾ Hunc fontem Ibycus, Timaeus, Theocritus, Polybius, alii commemoraverunt: cf. Hirschfeld. et Hülsen., l. s. s. c. 679; Wentzel., s. n. Alpheios, l. s. s.

114. II 13. 160. Φ 257. v 158.¹⁾ Itaque hac mutatione nil alienum ad Homeri verba admovit; attamen ea, quae Crates voluit, ieiuna poetaque indigna esse nemo non videbit.²⁾

FRAGMENTUM XXVIII

Homerus Eumaei subulci aedificium aulaeque describens de aulae saepimento haec profert:

ξ 11 στενοῦς δ' ἐκτός ἐλασσε διαμπερές ἐνθα καὶ ἐνθα

12 πικνοῦς καὶ θαμέας³⁾ τὸ μέλαν δοῦός ἀμφικιάσσεας.

Omnes codices, quantum scimus, τὸ μέλαν δοῦός praebent, quod in codice suo Eust. ad ξ 12 (1748, 56) legit. Citationes et papyri desunt.

De verbis τὸ μέλαν δοῦός veteres viri docti haec adnotaverunt:

Schol. BHQ ad ξ 12	Schol. Vad ξ 12 ⁴⁾	Eustath. ad ξ 12 ⁵⁾	Hesych. lex. ⁶⁾
τὸ μέλαν δοῦός] τὸ μέλαν δοῦός ⁷⁾ τὴν ἐντεριώνην (Mark) φασὶν εἴτω καλουμένην· ὁδὲ Ἀρίσταρχος τὸν φλιῦν ⁸⁾ .	τὸ μέλαν δοῦός] 2. ἢ τὴν ἐντεριώνην τὴν ἐγγάσθου τῆς δοῦός ⁹⁾ , μελάνθου γὰρ λέγεται διὰ τὴν χοιρίαν.	Μέλαν δὲ δοῦός οἱ μὲν τὴν ἐντεριώνην ⁸⁾ φασὶν, ἄλλοι δὲ ἐγγάσθου τῆς δοῦός, μέλαν ὡς τὰ πολλὰ ὄν. Ἀρίσταρχος δὲ τὸν φλοῦν εἴτω καλεῖ.	2. καὶ ἴ τῶν ξύλων ἐντεριώνη.
ἰ δὲ Κράτης τὴν δασύτητα τῶν φύλλων ¹¹⁾ μελάνθου φησὶν, ὡς καὶ Αἰσχίλος φησὶ Φιλοκλήτη· „χορμάσσεα τόξον πίτυος ἐκ μελανθούου“ (Nauck., tr. Gr. frgm. p. 81 frg. 251.)	1. ἴτοι καὶ δασύς (τῶν φύλλων) ¹²⁾	Κράτης δὲ τὴν δασύτητα καὶ πικρὴν πικρότητα τῶν φύλλων μελάνθου καλεῖ, ὡς αἰτίαν τῶν ξύλων μελανίας διὰ τῆς σκιάς. φέρεται δὲ καὶ Αἰσχίλου χοῖσις ἐν Φιλοκλήτη· „χορμάσσεα τόξον πίτυος ἐκ μελανθούου.“ ¹³⁾	1. ἴ ἐν τις δένδρου δασύτης (τῶν φύλλων) ¹²⁾
τὴ δὲ „δοῦός“ ¹⁵⁾ δύναται καλεῖσθαι ¹⁶⁾ καὶ ἐπὶ παντός ξύλου II p. 580, 7 Dind.	3. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ¹⁴⁾ τὸν φλιῦν τῆς δοῦός.	ib., l. 4.	1758, 47. III p. 84 Schm.

¹⁾ μελανόθου aptum epitheton fontium est: v. e. g. Ludwich, Anekdotia z. griech. Orth., Vorles.-Verz. Königsberg. 1906, p. 66, 26.

²⁾ Mirum in modum Cratetis mutationem restituere voluit Schimberg l. s. s. p. 16 n. 2 ratus Cratetem totum versum v 409 delevisse et ex eo nil servasse nisi ultima verba μέλαν ἴθου in versum v 408 translata. Quam coniecturam quibus argumentis firmare possit, Schimberg. non dicit; sed timemus, ne nulla omnino habuerit. Mera coniectura est prorsus abiicienda.

³⁾ μεγάλους cod. Vind. 133, Med. Laur. XXXII 25; hoc affert etiam Eustath. 1748, 14.

⁴⁾ Hoc schol. vulg. etiam in codices BHQ transcriptum est.

⁵⁾ Eustathium haec ex scholiis, quamvis similibus, tamen melioribus sumpsisse monere nobis satis est.

⁶⁾ Etiam Hesychiius verba sua ex scholiis videtur mutuatus esse.

⁷⁾ Sic H et Eustath.; perperam BQ τὸ μελάνθου.

⁸⁾ ἐντεριώνη Eust.; correximus. Haec sententia iterum legitur apud Eustathium l. 59 ex lexico rhetorico desumpta, i. e. ex atticistarum opibus (cf. Schwabe., Attic frgm. p. 248 frgm. 409, qui hoc loco plus Atticistis dedit). Qui vero hanc sententiam acceperunt, communem Graecorum usum secuti sunt secundum Theophrastum (cf. p. 45 l. 6); inter quos fuisse, qui haec Homeri verba in duas partes divisa aut contracta in unam vocem legerent, testis est Hesych. IV p. 164 Schm.

⁹⁾ Sic H et Eustath.; φλοῦν BQ.

¹⁰⁾ Hoc loco H deteriora praebet.

¹¹⁾ Codices τὴν τῶν δασύτων φύλων; correxerunt Thiersch et Dindorf.

¹²⁾ Addidimus. — In scholio V haec in ordine 1. 2. 3., apud Hesychium secundum numeros 1. 2. leguntur.

Quibus verbis apparet Cratetem μέλαν et δρυός inter se coniunxisse, verba tradita in μελάνδριον mutasse, frondem spissam explicasse, cuius umbra arbores nigrae videntur esse. Quam opinionem ut exemplis stabiliret, Aeschylī versum attulit, ubi Crates μελάνδριον pro ramorum vocabulo adhibitum esse contendit: arcum suspendit ex ramis pini. Rectene Crates hanc Aeschylī vocem interpretatus sit, quamquam nescimus, tamen dubitationis causa in eo posito est, quod ex Theophrasti libro, quem περὶ φυτῶν ἱστορία inscripsit, (I 6, 2. I p. 12 et V 3, 1. I p. 143 Wimmer.) scimus Graecos medullam quercus μελάνδριον nominasse; itaque hoc melandryon Aeschylus translate de pino et pro adiectivo adhibere potuit.

Quaerentibus nobis, unde haec memoria fluxerit, persuasum est Aristicum et Aristarchi et Cratetis memoriae auctorem esse. Habemus argumenta haecce: secundum scholia¹⁾ et Eustathium certum est Aristarchum huic versui adscripsisse διπλῆς signum; quod Aristicus ita explicavit: Aristarchus adnotavit verbis τὸ μέλαν δρυός poetam corticem censuisse, qui utrimque a subulco abscisus esset. At secundum rationem, quam aliis locis inter Aristarchum et Cratetem sibi adversantes esse constat, haec verba contra Cratetis explicationem et mutationem Aristarchus scripsit. Quod igitur Aristarchi memoria ex Aristicum libro desumpta est, etiam Cratetis adversarii impugnati sententiam eodem ex fonte in scholia delapsam esse affirmari licet. Cuius rei est alterum argumentum: quod enim verba, quae Cratetis mentionem subsequuntur: τὸ δὲ δρυός δύναται νεῖσθαι καὶ ἐπὶ παντός ξύλων., item ex opibus Aristarchi ab Aristicum nobis traditis servata esse collato scholio Aristicum A ad 186 (I p. 375, 31 Dind.; Lehrs.² p. 151; Friedländer., Ariston. p. 189) recte demonstravit Carnuth., Ariston. Od. frg. p. 125, Cratetis verba utrimque artissime coniuncta sunt cum Aristarche opinionibus ex Aristicum petitis: quapropter nemo erit, quin concedat Cratetis sententiam ex Aristicum libro in scholia promanasse. Aristarchum vero Cratetis librum exegeticum et criticum inspexisse iam ex forma Cratetei fragmenti apparet.

Aliter igitur explicaverunt, aliter scripserunt hoc loco grammaticorum κορυφαῖσι. Nam cum Crates, τὸ μελάνδριον legeret litteram σ in ν mutans, Aristarchus verba τὸ μέλαν δρυός, quae τὰ ἀκοιβεστάτα τῶν ἀντιγράφων praebuisse conicias, mutare non ausus, explicando quaestionem solvere studuit. Nisi enim vulgatum τὸ μέλαν δρυός legisset, quod φλοὺν (Rinde) intellexit, cur huic versui Aristicum adscripsisset ex Aristarchi copiis veteres Graecos omnes arbores nomine δρυός appellasse? Accedit, quod notio corticis, ut apta non est ad τὸ μελάνδριον, optime quadrat ad τὸ μέλαν δρυός: nigrum arboris, corticem arboris. Apertissimum vero ex verbis Aristicum ipsis: τὸ δὲ „δρυός“ (cf. supra p. 45 n. 15.). Itaque Lehrs.² p. 152 et Wachsmuth. p. 29 not. 5 de Aristarchi scriptura dubitandum non erat.

Ceterum etiam eis, qui de nucleo vel medulla (Mark, ἐντεριώνη) arborum Homerica verba dicta esse putarant (cf. supra p. 44 not. 8), Aristarchum oblocutum esse veri est simillimum, ita ut etiam haec verba Aristicum inseramus.²⁾

Negamus vero Cratetem primum scripsisse τὸ μελάνδριον apud Homerum et propter illum Aeschylī versum et propter nomen, quo Graeci medullam quercus teste Theophrasto vulgo notabant. Censemus antiquiorem usum Homerī, qui τὸ μέλαν δρυός in duas voces divisum adhibebat, postea a Graecis recentioribus mutatum et pro duobus vocabulis unum novum vocabulum μελάνδριον pro-

¹³⁾ Eustathius in commentario, quem ad Dionysium Periegetam scripsit, haec Cratetea hoc modo exscripsit: ad versum Dionysii 321: διὸ καὶ πῶς Ὀμηρῶ ἐν τῷ „μέλαν δρυός ἀμφικεῖσας“ μέλαν δρυός (sic) τινὲς τῶν φύλλων εἶπον διαστήματα, διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀποτελουμένην (bewirkt) μελανίαν τῆς σκιᾶς (p. 149, 16 Bernhardy.); ad Dionysii versum 566: μελάμφυλλον τὸν δασύν, ὡς μελανίαν τοῖς φύλλοις παρέχοντι· οὗτοι δὲ καὶ ἐν τῷ „μέλαν δρυός ἀμφικεῖσας“ πῶς Ὀμηρῶν δρυός μέλαν τινὲς εἶπον τὴν τῶν φύλλων περιχώρησιν καὶ τὴν ἀκκῶσιν, ἀφ' ἧς τὸ τῆς σκιᾶς μέλαν γίνεται, ὡς καὶ πῶς τούτων γέγραπται (p. 215, 24 Bernhardy.).

¹⁴⁾ ὁ δὲ Ἀριστοφάνους in BHQ; in V tantummodo ἢ τὴν φλοῖον. (V. infra not. 1.)

¹⁵⁾ Legit igitur apud Homerum μέλαν δρυός, quicumque haec scripsit.

¹⁶⁾ νοῆσαι perperam H.

¹⁾ Aristophanis nomen schol. vulg. aut mendum est pro Aristarcho aut ita interpretandum, ut Aristarchus hac in re Aristophanem secutus sit (cf. Nauck., Aristoph. p. 38.).

²⁾ Latet, quid Didymus hoc loco de scripturis inter se diversis dixerit (cf. Ludwich. l. s. p. 603.).

creatum esse. Fortasse igitur ante Cratetem haec nova vox in exemplaria Homeri ipsa translata est, unde Crates sumpsit, cum Aristarchus huiusmodi exemplaria quae v. d. nunc nominare solent „wilde Texte“, praeter *πλύστινον* repudiaret. Cratetis igitur propria videtur esse interpretatio sola huius vocis *μελάνδρον*.

- 5 Propter Theophrasti locos *ἐνπεριώνη* intellegimus τὸ μέλαν δροός; sed quamquam Aristarchum non sequimur, tamen Cratetem hac sua interpretatione longe Aristarcho cedere concedimus.¹⁾ Pergameni enim explicationem prorsus abicimus et quod nimis contorta est et quod scriptura *μελάνδρον* in optimis codicibus tradita non est.

FRAGMENTUM XXIX

- 10 Ulixes Eumaeo interroganti de hospitis genere nomineque cum longam fabularum fingat seriem, etiam ad Thesprotorum terram se venisse simulat:

§ 316 ἔνθα με Θεσπρωτῶν βασιλεὺς ἐκομίσσαι Φειδῶν
317 ἴρος ἀπριάτην.

- Omnes codices praebent *ἀπριάτην*²⁾ praeter Vindobonensem 5, qui secundum La Roche. edit. II p. 35 ad v. prima manu exhibet *ἀπριάτης*, quod, nisi mendum scribae ex voce ἴρος ortum est, Cratetis scriptura est alicunde fortasse ex scholiis in textum illata. Eustathius nil nisi *ἀπριάτην* novit (1760, 36/8), quod et Nicanor legit (cf. schol. Nic. A. ad A 99; I p. 21, 5 sq. Dind.; Friedländer., Nic. p. 142). Apollonius Dyscolus³⁾, hoc vocabulum arbitratus *ἐπίρρημα* ex verbo *πρήμι* derivatum esse, explicavit elementa *-δην*, quae secundum analogiae leges exspectantur, in *-την* esse mutata, et intellexit *χορὶς πριάστειν*. Sed hanc doctrinam antiquiorem esse testatur Apoll. Soph., qui librum suum priore dimidio primi p. Chr. n. saeculi confecit (cf. diss. nostrae p. 37 not. 1), cum scribit p. 39, 25 Bekk.: *ἀπριάτην ἀπριάτην*⁴⁾, ἀνευ τῆς πριάσθαι. ἐπιρρηματικῶς ἐσχηματίζονται, ὡς τὸ ἄροδην καὶ σποροῦδην, καὶ ἐν ἰννοματικῶς, (ἐν τὴν ἀπριάτην, ἐπεὶ κοινῶς τὸ θηλυκὸν καὶ τὸ ἀρσενικὸν ἐλέγεται τὸν ἢ τὴν) ἀπριάτην⁵⁾. ἢ δὲ Κράτης κατῶς γράφει „ἴρος ἀπριάτης“ (ξ 317). At ex verbis *οἶον τὴν ἀπριάτην* constat hoc loco apud Apollonium Sophistam versum A 99 tractatum esse: atque scimus, quae ad hunc versum Aristonicus de Aristarchi doctrina adnotavit: *ἢ διπλήν*, οἱ κατὰ προσηγορίαν (i. e. pro nomine appellativo) τὴν ἀπριάτην λέγει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἀπραι καὶ παράλληλον τὸ ἀνάποιον (cf. Eust. ad v. 56, 37). Cum vero haec, quae Apollonius Sophista et Aristonicus tradunt, in re ipsa congrua sint et se inter se optime sustineant, praeterea cum sciamus Apollonium Sophistam item atque Aristonicum ex commentariis Aristarchi sua sumpsisse⁶⁾, fieri non potest, quin statuamus etiam apud Apollonium Sophistam sententiam Aristarchi allatam esse. Aristarchus igitur item atque postea Apollonius Dyscolus vocem explicans syllabam *-την* ex *-δην* mutatam esse putabat secundum aliorum adverbiorum analogiam. Itaque putamus etiam schol. BPQ ad ξ 317 (II p. 592, 1 sq. Dind.) et verba Eust. ad v. 1760, 36/7 Aristoniceis inserenda esse (cf. Roemer., Blätter f. bayr. Gymnasialwesen XXI 1885 p. 387):

¹⁾ Cf. Ameis. et Hentze., comm. ad v. III p. 34.

²⁾ Vide recentiorum virorum doctorum sententias in Buttman. Lexilog. I p. 16 sq.; Lobeck. Paralip. p. 458; apud Mayhoff., de Rhiano p. 84 sq.; Schneider.-Uhlig., Apoll. Dyscol. quae supersunt I p. 206.

³⁾ Cf. schol. AT Gen. I ad A 99 (Dind. I p. 21, 6 sq.; Maass. V p. 13, 14 sq.; Nicol. I p. 5, 19/20) et schol. B (Dindorf. III p. 24, 6 sq.); cf. eadem sine Apollonii nomine Et. Magn. 133, 17; lex Ps. Zonar. c. 277 Tittmann.; Eust. ad A 99 (56, 37 sq.). Scholia ex Apoll. Dyscoli opibus fluxisse iam Lehrs.² p. 30 vidit: cf. enim Apoll. Dyscol. de adverb. p. 198, 18 Schneider. — Perperam Merkel., Apoll. Rhod. Argon. II praef. p. LXXVI, Apollon Rhodium, Maass., l. s. s., l. 15 Apollonium Sophistam intellegere voluerunt.

⁴⁾ In codice Barberino I 70 manus d² hoc *ἀπραιον* supra versum addidit, ita ut legatur: *ἀπραιον* ἀπραιον ἐπιρρημα μισόρητος, quod olim edidit Sturz. c. 70, 25. Nunc vero cf. Ed. Al de Stefani, etym. Gudianum, quod vocatur, fasc. I 1909 p. 179, 6 c. not.

⁵⁾ *ζάν*, quod in codice est, caret sensu. Correximus collato schol. Gen. I ad A 99 (I p. 5, 21 sq. Nic.).
⁶⁾ Cf. Cohn., Pauly.-Wissowa., RE II c. 136, 3; Leyde., de Ap. Soph. lex. Hom. p. 20 sqq.; Forsman, de Aristarcho lex. Apoll. fonte p. 7 sqq. 50 sqq. 62.

schol.: ἀπριάτην] ἐπίρρημα ὡς ἄτην, μάτην, ἀπὶ τοῦ ἀπριάτως, ὃ ἔστι προίκα

Eust.: ἔστι δ' ἐν τοῖτοις καὶ τὸ ἀπριάτην ὡς ἐπίρρημα, δηλοῦν τὸ δίχα τοῦ προΐσθαι, ἵνα ἢ ἀπὶ τοῦ προίκα, κατὰ ἀναλογίαν τοῦ ἄτην καὶ μάτην.

Ergo etiam in § 317 Aristarchus ἀπριάτην adverbium esse docuit¹⁾.

5

Aliter vero hoc adverbium explicavit grammaticus, qui latet in verbis scholiorum ad artem Dionysianam adscriptorum, p. 435, Hilgard.: finguntur adverbia etiam ex casu accusativo: ἀπὸ αἰτιατικῆς, ὡς ἐκ τῆς ἀπριάτην αἰτιατικῆς (ἔστι γὰρ ἡ εὐθεία ἡ ἀπριάτην . . .) τὸ ἀπριάτην ἐπίρρημα, οἷον „ἀπριάτων ἀνάτοιων (A 99)“.

Rhianum vero, poetam Cretensem tertii a. Chr. n. saeculi, Homeri imitatore, ἀπριάτην, 10 i. e. formam adverbii secundum linguae leges recte fictam, legisse testis est Didymus (schol. H ad § 317 II p. 592, 3 Dind.; Ludwich., Ar. Hom. Textkrit. I p. 608, 5).²⁾ Hoc vero non accepit Aristarchus, quem proportionis studio non ita cognoscimus addictum, ut litteras traditas leviter mutaret; explicando potius rem transigere studuit ratione habita loquendi consuetudinis. Deinde Euphorionem, poetam Chalcidensem tertii a. Chr. n. saeculi, in A 99 ἀπριάτην legisse, quod nomen 15 proprium Chryseidis puellae habuit, recte affirmavit Tümpel., Philol. 49 p. 108. Tum ex Pindari fragmento (Schroeder., Pind. carm. 1908 p. 330 frg. 169) scimus hunc poetam voce ἀπριάτις, ἀπριάτι, ἀπριάτιν usum esse, quod intellexit non emptus, quam explicationem etiam accepit olim Callicles in Gorgia, dialogo Platonis, 484 B; qui hoc faciebant, etiam apud Homerum ἀπριάτην in A 99 ad- 20 jectivum esse contendere potuerunt. Utrum vero ἀπριάτην sit in versu hymni in Cererem 132 (Allen. et Sikes. p. 27) adverbium an adjectivi forma feminina, propter versuum naturam latet. Papyri non exstant.

Cratetem grammaticum³⁾ hoc in verbo tractato commoratum esse unus testatur Apollonius Sophista, cuius verba supra p. 46 l. 24 exscripsimus. Primum quidem investigemus, qua via haec memoria 25 Cratetis ad Apollonium Sophistam venerit. Secundum enim ea, quae in diss. nostra p. 41 sq. statuimus, ab omni initio constat Cratetis doctrinam ex Aristarchi commentariis petitam esse. Sed perpende argumenta: Cratetem impugnat Apollonius Sophista verbo κακῶς; sententia Aristarchi, qui aliter atque Crates docuit, apud Apollonium Sophistam statim praecedat ex Aristarchi commentariis ipsis desumpta; certum est in his verbis apud Sophistam praecedentibus verba καὶ οὐκ ὀνημανικῶς 30 scripta esse etiam contra Cratetem, contra quem Aristarchus Aristonico ad A 99 et § 317 (v. supra p. 46. 47, 1 sqq.) teste his versibus διπλῶν signa adscripsit: ergo demonstratum est iam ipsum Aristarchum in commentariis hoc modo, quo modo hodie optime apud Apollonium Sophistam adumbratur, Cratetem impugnatum reiecisse.⁴⁾

¹⁾ Cum Apollonius Sophista vel potius Aristarchus neget ἀπριάτην apud Homerum explicari posse ita, ut feminina adjectivi forma intellegatur, quam doctrinam Aristarchum secutus Apollonius Dyscolus 35 postea suam fecit, inveniuntur postea, qui ad Homeri versum A 99 adscribant ἀπριάτην aut ἐπίρρημα esse aut ὄνομα θηλυκόν: cf. Et. Gudian., quod vocatur p. 179, 6 de Stefani. = Epimer. Hom. apud Cramer., An. Ox. I p. 23, 16/23 (verba ἀπριάτην ἄνευ πρόσεως leguntur etiam apud Hesych. I p. 264 Schm. = Suid I l. c. 645, 14 B. = lex. Segu. Anecd. Graec. Bekker. p. 440, 12) et Et. Magn. 132, 46/53 = Et. Florent. p. 40 Miller. (decurtata in lex. Ps. Zonar. p. 277 Tittmann.) et verba auctiora schol. Gen. I ad A 99 (I p. 5, 21—6, 2 40 Nicole). Cuius ex opibus haec petita sint, latet; nonne Herodianus in hac voce tractata olim decertare ausus non est? — ἀπριάτην esse posse ὄνομα θηλυκόν concedit etiam Eustathius ad § 317 (1760. 37/8) secutus grammaticos, qui versus § 316/7 sic explicabant: ἦρος κομίσσασθαι με ἀπριάτην. Cf. schol. BHQ ad § 317 (II p. 592, 2 Dind.).

²⁾ Cf. Apoll. Dyscol. I p. 198, 5 sqq. Schneid. — Praeterea v. Mayhoff., de Rhiano, Prgr. des Vitzthum. 45 Gymnas., Dresden 1870, p. 83.

³⁾ Perperam Villoison., ed. Ap. Soph. lex. Hom. 1773, p. XVII; p. 186 n. 4 Cratetem comicum esse allatum cogitaverat.

⁴⁾ Quomodo Aristarchus in adversarios suos animadverterit, hodie melius scimus ex scholiis novis Oxyrhynchicis saeculi a. Chr. n. primi (Hunt., Oxyrh. Pap. VIII p. 81), ubi rationis suae criticae legem quan- 50 dam contra Praxiphanem Aristarchus adhibet. Similiter hoc loco analogiam contra Cratetem adhibet.

Deinde quid volnerit Crates, quaerendum est. Eum vero explicationem suam explanare ac firmare debuisse per se patet. Sed argumentatione Cratetis non tradita coniciamus necesse est. Comparantibus nobis versus A 99 et ξ 317 persuasum est Cratetem ratum esse latere in ἀπριάτην versus A 99 vim adiectivi vocabuli; sed cum censeret neque de voce ἀπριάτος femininam formam fingi neque in ξ 317 traditum ἀπριάτην in ἀπριάτος, quod magna mutatione indignisset, mutari debere, docuit in A 99 ἀπριάτην esse formam vocabuli ἀ-πριά-της a πριάμαι et πριάτος derivati, quam passive dictam intellexit: quae empta non est.¹⁾ Quo facto in ξ 317 scribere potuit lenissima mutatione nominandi casum ἀπριάτης, quem explicavit non emptus: i. e. Ut sacerdotem Apollinis opus non fuit filiam suam opibus sibi emere, ita non Ulixem emere Thesprotorum regem opus erat, ut se in patriam remitteret. Quae, quamvis secundum leges linguae sagaciter excogitata, tamen propter contortam huius doctrinae naturam et quod hac sententia accepta levi textus mutatione opus est abicienda sunt.²⁾

Praeter codicis Vindobonensis 5 scribam nemo Cratetem secutus est. Sed quodam modo ex eius sententia pendent ei, quorum Etym., schol., Eustath. mentionem fecerunt (cf. supra p. 47 not. 1); qui vero fuerint, non constare iam diximus.

FRAGMENTUM XXX

In conclavi domus Ulixis, ubi cum prociis pugnavit, porta quaedam erat, quam poeta sic describit:

χ 126 ὄροσθύρη δὲ τις ἔσταν ἐνδομίτῳ ἐνὶ τοίχῳ³⁾

Hoc loco omnes codices praetent ὄροσθύρη; item legerunt Eustath. ad v. 1921, 42 et auctores Et. Mag. 634, 2 et Gud. c. 436, 50 Sturz.⁴⁾ Idem exhibet Oxyrh. pap. 448 saec. III. (Grenfell et Hunt., Pap. Oxyrh. III p. 96).⁵⁾ Herodianus vero num de voce egerit, certum non est.⁶⁾ In lexico Apollonii Sophistae p. 122, 13 Bekker. hodie exstat sola sententia Apionis, qui ὄροσθύραν intellexit (μεγάλην καὶ⁷⁾ ὑψηλὴν θύραν, δι' ἧς ἐστὶ . . . ὄρουσαι (springen) . . ., διὰ τὸ μὴ ἔχειν βαθυμούς (i. e. Hochtür ohne Stufen, Maueröffnung).⁸⁾ Ex Apollodori libris περὶ ἐτυμολογιῶν⁹⁾ scimus fuisse, qui hoc in versu legerent ὄροσθύραν¹⁰⁾, i. e. foramen, unde aqua desilit. Simonides vero Amorgo natus propter versum in Et. M. 634, 7 traditum legit apud Homerum ὄροσθύρη (Bergk., poet. lyr. Grac. II⁴ p. 455 frg. 17).

Crates vero hoc in vocabulo critici munere functum esse non primo obtutu certum est: nam vide quae de Cratetis doctrina tradita sint:

30	Etymologium Magnum:	Eustathius:	Hesych. lex.:
	Κράτης δὲ ¹¹⁾ (γράφει) „ὄροσθύρη“. Θύρα πρό(ς)βασιν ¹²⁾ ἔχουσα καὶ εἰς τὰ ὑπερῶα φέρουσα	ὅτι ὄροσθύρη ἐνταῦθα παρὰ τῆ ποιητῆς θύρα τις ἐπίσημης ὑψηλοτέραν πρό(ς)βασιν ἔχουσα, εἰς ἣν οὐχ οἶόν τε ἦν ἀνελεθεῖν τινὰ (εἰ) ¹³⁾ μὴ διὰ κλίματος . . . δι' ἧς εἰς ὑπερῶαν ἀναβαίνουσιν . . . ¹⁴⁾	ἢ θύρα εἰς ὑπερῶον ἀνάγκυα
35	634, 8—Et. Flor. p. 228 Miller.	1921, 15/7	III p. 224 Schmidt.

¹⁾ Exempla usus passivi huius terminationis -της vide apud Lobeck. ad Soph. Ajac. 241² p. 153 sq. Perperam docuerunt Ebeling. lex. Hom. c. 159a; Mayhoff. l. s. s. p. 84 n. 54.

²⁾ Num Aristarchus rectum cognoverit, dubitant nunc v. d.: cf. Apoll. Dyscol. I Schneid. p. 206.

³⁾ οἶον Et. Florent. p. 228 Mill. s. v. ὄροσθύρη.

⁴⁾ Viri docti nunc solent interpretari posticum (Hintertür): cf. Ameis. et Hentze., Anhang z. Od IV p. 70. Ebeling., lex. Hom. II c. 80a. Quid re vera fuerit, latet: Pernice, Einl. in die Altertumswissenschaft (Gercke.-Norden. II p. 18). De veriloquio cf. Allen., class. review XIX p. 256.

⁵⁾ Etiam Pollux ὄροσθύρη novit (I 76 p. 23, 14 Bethé); item schol. Eurip. ad Med. 135 (II p. 151, 3 Sch.).

⁶⁾ Cf. Lentz. II p. 288, 20 ubi scriptum est ὄροσθύρη; idem veriloquium in Et. M. 633, 58.

⁷⁾ Ex Hesychii glossa 1334 recte inseruit Baumert., de Apionis studiis Homericis p. 36.

Censuit igitur Crates hanc portam ascensum habere, propterea quod ea uti debet, qui in ὑπερώα (Oberstockwerk) ascendere vult. Hunc vero sensum Crates maxime sumpsit ex versu χ 132: ἂ φίλει, εὐκ ἂν δι' τις ἀν' ὀρσοθύρον ἀναβαίη. Quam sententiam cum haberet, legere non potuit ὀρσοθύρον: hac enim forma omnino non exprimitur portae esse ascensum. Quapropter Crates verba tradita in versibus 126 et 132 et, ni egregie fallimur, 333 mutavit, cum scripsit ὀρθοθύρον (i. e. Steiltür). 5

Sed huius mutationis firmum argumentum nobis est, quod et in versu 132 et 333 cod. Ven. Marc. 456 secundum Leeuwen. et da Costa. edit. II p. 499. 508 praebet ὀρθοθύρον; quam scripturam intellegere non possumus, nisi quis olim ex scholiis potuit accurate cognoscere fuisse, qui sic scribendum esse docerent.¹⁾ Itaque Κράτης δὲ γράφει in Et. M. scribendum esse affirmamus.

De memoriae Cratetis historia hoc loco nihil certum potest proferri: fortasse Apio et 10 Apollodorum et Cratetem, quem adhibere solebat, olim attulit. Neque hoc propter Hesychii verba prorsus negandum est olim apud Apollonium Sophistam praeter Apionem, qui nunc affertur, etiam Apollodori et Cratetis opiniones prolatas esse. Sed in re lubrica longius progredi nolumus.

Ut vero calculum adiciamus doctrinae Cratetis, certum est hanc mutationem, quae ad 5 333 non bene quadrat, accipiendam non esse. 15

Priusquam vero finem disquisitionis facimus, breviter admoneamus Leeuwen. et da Costa., edit. I p. 270 ad μ 61 perperam sibi persuasisse Cratetem, qui nomen Πλαγκτῶν a verbo πλάξσθαι vel πλάξσθαι derivavit (cf. schol. V ad μ 61 (II p. 533, 1 Dind.); Eust. 1711, 56; Et. Flor. p. 246 Miller.), scripsisse Πλακταί. Cuius sententiae nullum aliud argumentum habent nisi illi, quod codices Harl. 5674 et Flor. Laur. 52 hanc formam hoc loco praebent.²⁾ Sed cum nullo certo 20 argumento cogamur hanc scripturam Crateti dare, hanc mutationem critico Pergameno non obtrudimus, praesertim cum in verbis Athenaei XI p. 490 E (III p. 81, 2 Kaib.), quae Cratetis esse Wachsmuthius p. 53 recte arbitratus est, l. 8 nomen Πλαγκτῶν vulgatum scriptum sit.

Haec sunt, quae de studiis criticis Cratetis ad Odysseam spectantibus proferre possumus. Dolemus, quod multae res tractandae nobis fuerunt, quarum rerum disquisitiones saepe finiendae 25 erant, priusquam veritatem sententiae nostrae certis argumentis demonstrare potuimus, ita ut multis locis aut certi quicquam omnino non statui posset aut nos veri similitudinem assecutos esse satis esse deberet. Sed quod scholorum aliorumque fontium nostrorum natura fere plerumque lubrica est, in multis quaestionibus necesse erat nos contentos esse coniecturis, quas vero proximas fore speramus. 30

⁶⁾ Eadem sine nomine Apionis habet Hesych. III p. 224 Schm.; Et. M. 634, 5. 10.; schol. V ad v. (II p. 708, 24 sq. Dind.), cf. Eust. ad. v. 1921, 15/17, ubi Apionea et Cratetea confusa sunt.

⁹⁾ Cf. Müller., frg. hist. Graec. I p. 466 frg. 221; Eust. ad. v. 1921, 18.

¹⁰⁾ Codices ὀρσοθύρα; Et. Flor. p. 228 Mill. ὀρσοθύρα; cf. vero Eust. 1921, 18.

¹¹⁾ Codex V omisit δὲ; γράφει) correximus (cf. p. 49 l. 1 sqq.).

¹²⁾ πρόβασι codices, Schleussner correxit collato Eustathio. Wachsmuthii vero ὀρθῶν πρόσβασιν, quod necessarium non est, improbamus. 35

¹³⁾ Secundum sensum correximus.

¹⁴⁾ Neglegenter haec verba Eustathius verbis alterius cuiusdam viri docti inseruit.

¹⁵⁾ Nimis dubitanter se gessit Ludwich., Ar. Hom. Textkrit. I p. 629, 25. Num Didymus Cratetem 40 commemoraverit, ignotum est.

²⁾ Codex Harl. idem praebet in scholiis ad μ 61 et 62 adscriptis (II p. 532, 27; 533, 9. 10 Dind.).

APPENDIX

Ex papyris ad Odysseam pertinentibus has adhibere potuimus:

- α (I): 131/45. Oxyrh. III 562 p. 277. — 432/44: Ox. 563 p. 277.
 β (II): 304/12. 339/57. 362/74. 386/410: Ox. IV 773 p. 251. — 315/27: Ox. III 564 p. 277.
 5 γ (III): 226/31: Ox. IV 774 p. 251. — 283/93. 319/27. 387/404. 422/97: Kenyon, Journal
 of Philol. XXII p. 238. — 364/75. 384/402: Nicole, Revue de philologie XVIII p. 101.
 δ (IV): 292/302: Ox. III 565 p. 277 sq. — 388/400: Ox. IV 775 p. 251. — 520/9: Ox. IV
 776 p. 251. — 685/708: Ox. III 566 p. 278. — 757/65: Ox. III 567 p. 278.
 ε (V): 7/17. 34/44: Ox. IV 776 p. 251. — 106/13: Pubbl. d. Soc. Ital. I 1912 papyr. 8 p. 17.
 10 — 346/53: Grenfell, erotic frg. III p. 8.
 ζ (VI): 201/3. 205/9. 255/6. 258/63. 286/300. 325/8: Fayum Towns 7 p. 93.
 η (VII): 67/96. 97/126: Berichte der Kgl. Sächs. Ges. d. Wissenschaften 1904, Lips. III p. 211.
 θ (VIII): 348/50: Berlin. Klass. Texte V 1 pap. 7805 p. 4.
 ι (IX): 43. 45. 75/92: Berl. Klass. Texte V 1 pap. Nr. 40 p. 5.
 15 κ (X): 26/50: Ox. IV 778 p. 251. — 124/30: Ox. IV 779 p. 251. — 366/80. 399/402: Fay.
 Towns 157 p. 297.
 λ (XI): 1/20: Ox. III 568 p. 278. — 195/208: Ox. III 569 p. 278. — 428/440: Tebryn. II 431
 p. 303. — 557/73. 588/610: Fay. Towns 310 p. 310.
 μ (XII): 250/304: Burkitt, Proceedings of the Society of Biblical Archaeology XXIV p. 290.
 20 ν (XIII): 110/8. 120/6. 137/145. 147/154: Berl. Klass. Texte V 1 pap. Nr. 264 p. 6.
 ξ (XIV): 15/24. 35/49. 50/60. 71/86. 374/81. 407/10. 400/41: Berl. Klass. Texte V 1
 pap. 7517 p. 4. — 50/72: Ox. III 570 p. 278. — 161/81. 189/210: Amherst. II p. 23. — 299/303.
 328/32: Ox. VI 954 p. 316.
 \omicron (XV): 1/521: Amherst. II p. 9. — 216/31. 239/53: Goodspeed, the university of Chicago,
 25 decennial publication 1902 p. 3. — 329/33. 362/6: Pubbl. d. Soc. Ital. I. pap. 9. p. 18.
 π (XVI): 1/8: Ox. III 571 p. 278. — 243/56. 288/301: Ox. IV 781 p. 252.
 ρ (XVII): 137/48. 182/93: Ox. IV 782 p. 252. — 410/28: Ox. IV 783 p. 252.
 σ (XVIII): 1/35. 56/93: Ox. III 572 p. 278. — 27/40. 601/6: Ox. VI 955 p. 316.
 τ (XIX): 452/71: Ox. III 573 p. 278. — 534/99: Berl. Klass. Texte V 1 pap. 10568 p. 5.
 30 υ (XX): 41/68: Hibeh I 23 p. 106 (antiquissima Odysseae papyrus).
 φ (XXI): 218/34: Fay. Towns 312 p. 310.
 χ (XXII): 31/317: Ox. III. 448 p. 94.
 ψ (XXIII): 185/94. 230/42: Ox. III 448 p. 94. — 309/26. 342/356: Ox. VI 956 p. 316.
 ω (XXIV): 501/8: Tebryn. II 432 p. 303.
 35 Praeterea novimus complures papyros, quas nondum inspicere potuimus.

I. TABULA ARGUMENTI DISPUTATIONIS

B. Ad Odysseam spectant fragmenta:

- XVI. De Aethiopicibus bipartitis. α 23/24. p. 4.
 XVII. De scriptura nominis proprii $\Lambda\iota\sigma\sigma\acute{\eta}\nu$. γ 293. p. 15.
 XVIII. De nomine proprio Ἐρεμνούς . δ 84. p. 17.
 XIX. De litteris ΕΠΕΙΗΛΗ . δ 260. p. 22.
 XX. De scriptura $\delta\lambda\omicron\omicron\iota\omicron$. δ 611. De duobus Minoibus. λ 322. λ 569. p. 23.
 XXI. De versibus ῶ 22/23. p. 25.
 XXII. Versum ῶ 58 Crates in exemplari suo legit. p. 26.

- XXIII. De nominibus *Νήϊον, Νήριον, Νήρικον, Νηϊάδες* disputatio: Crates textum non mutavit. ι 22 (α 186. ν 351. ω 377. Β 632.) p. 27.
 XXIV. De scriptura *Κροβερίων*. λ 14. p. 33.
 XXV. De versuum λ 14/19 forma, quam Crates legit. p. 39.
 XXVI. De scriptura *δάμναται ἄς κεν*. λ 221. p. 39.
 XXVII. De versu *καὶ ἐπὶ κρήνης μελανόρου*. ν 408. p. 41.
 XXVIII. De scriptura *μελάνθρου*. ξ 12. p. 44.
 XXIX. De scriptura *ἴρωσ ἀπριάτης*. ξ 317. De voce *ἀπριάτην*. Α 99. p. 46.
 XXX. De scriptura *ἔοθεθύση*. χ 126. p. 48.

De textus mutatione Crateti falso imposita. μ 61. p. 49.

Appendix: conspectus Odysseae papyrorum. p. 50.

II. INDEX RERUM IN DISPUTATIONE TRACTATARUM

- Amerias: 17 n. 1.
 Apio ὁ Πλειστονίχης: 5, 46. 28 n. 8. 31, 24. 48, 22.
 Apollodorus Atheniensis: 18, 8. 27 sq. 28, 19. 29, 1. 32 n. 1. 42, 5. 43 n. 6. 48, 24. Apollodorus Cratetis rationem habebat: 13, 18. 14, 20. 17, 8. 31, 16.
 Apollonius Dyscolus: 18, 46 c. n. 3. 23, 37.
 Apollonius Sophista: 42, 6. 46, 20. 48, 22.
 Aristarchus: 12 n. 6. 13 n. 4. 21 cum n. 3. 22 n. 4. 22 n. 1. 25, 36. 28, 19. 28, 25. 28, 29. 29, 8; 14. 29 n. 4. 37, 24; 30. 40, 27. 42, 5. 43 n. 6. 44, 14. 45 n. 1. 46, 26. 47 n. 1. 47 n. 4. 47, 13. 48 n. 2; adversarius Cratetis: 12 sq. 21 cum n. 2. 23. 31, 4. 33, 8. 35 n. 8 et 38. 37, 24. 38. 45, 11. 47, 25.
 Aristonicus: 14, 29. 19, 10. 38. 49, 26; Cratetem commemoravit: 19, 16; Aristónico scholia attribuntur: 21. 31, 15. 38. 44 et 45, 9. 45, 35. 46, 35.
 Aristophanes Byzantius: 28, 25. 44, 24. 45 n. 1.
 Bergerus refellitur: 5, 40. 8, 20. 21, 4; probatur: 19, 15.
 Crates Mallota: assecla Aeschyli (44, 22), Sophoclis (36), Aristophani comici (36), Theophrasti (45, 37), Pythaeae (35 n. 9), Stoicorum (7, 4. 18, 19), imprimis Cleanthis (8, 2), Posidonii Alexandrini (9, 19); habuit assentientes Posidonium quodam modo (12, 19. 20, 24. 38, 33), Varronem (35 n. 9), Apionem (5 n. 2. 31, 25), Heracleonem (31, 35), Heliodorum quodam modo (31, 41), Proteam Zeugmatitam (37, 23), Valerium Flaccum (35 n. 9), Anton. Diog. (35 n. 9), Demonem (25 n. 9), ignotos (17, 16), scribas cod. Harleian. 5674 (22, 9. 23, 25), cod. Vindob. 5 (46, 15. 48, 13), cod. Ven. Marc. 456 (49, 6); eius rationem habuerunt praeter alios Aristonicus (19, 16), Philoxenus (32, 32), Heracleo (42, 31), Plinius (v. s. n.), Herodianus (36); refutatus est ab Aristarcho (vide s. n.), Apollodoro (13, 16), Posidonio (18, 25. 35 n. 8), Aristonico (19, 16), Didymo (43, 6), Strabone (11), Philoxeno (32, 32 c. n. 2), Heracleone (43, 3), Epaphrodito (43, 2), Herodiano (23, 7), Prisciano Lydo (35 n. 8). — Putat Homerum astronomum fuisse: 4. 14., habere cosmographicam (6. 34 sq. 36), geographicam scientiam (16. 19. 38, 44. 42, 12. 42 sq.). Homeri usum loquendi parum cognoverat (22. 41, 8; 15), sed rationem usus loquendi habuit (41, 10); quid censuerit de natura poetae vetustissimi (9, 27), de Cerbero cane (37, 12), de Helena (22, 15), de Minoibus (24, 20), de circulis zonas dividitibus (14, 36), de solis itinere in zona usta (4 sq.), in zona frigida (34), de Tartaro (36), de portu Ithacensium (29 sq.), de veriloquio nominis Najadum (29), de domo Ulixis (49). — De artis criticae Cratetis natura (9, 34. 25, 12. 33, 11). — Editionem non divulgavit: 4.

14. 17. 20. 23. 29. 26. 12. 32. 36. 38. 45. 43. 13. 45. 22. 48. 1. 49. Quomodo versus Homericos tractaverit: 38, 36. 43, 18. Vulgatam lectionem accepit: 31, 21; quaestiones solvit lenissima mutatione: 4. 16. 18. 46, mera coniectura: 24. 36. 40. 42. Quo usus sit codice: 26. 27, 5. 39. 45, 36. Verba Cratetis restituuntur: 4. 6. 7. 18. 22. 24. 26 bis 29. 30. 32. 34 sq. 36 compluribus locis. 40. 42. 44. 46. 48. Quid scripserit, abiciendum est: 9, 33. 16. 23. 33. 37. 41. 44. 46. 48. 49; non prorsus spernendum est: 26, 16.
- Demetrius Scepheus: 27 sq. 33, 25. 33 n. 6.
- Didymus: 41 n. 8. 42, 1; 17. 42 n. 6. 43, 6 c. n. 5. 43 n. 7; scholia attribuuntur: 37, 42.
- Diplae contra Cratetem statuendae: 13, 8 c. n. 3. 23, 21. 37, 42. 45, 11.
- Disputatur de sphaeropoia: 8; de *ἐπεκρίσιως* notione: 22 n. 2; de vocibus *ὄλος* et *ὄλόφρων*: 24; de Neriti et Nerici nominibus: 27; de verborum formis *δάμνα* et *δάμνασαι*: 40 sq.; de *μέλαν* *δρόος* vocibus: 44 sq.; de adverbio *ἀπριάνην*: 46 sq.
- Emendantur verba Strabonis I 2, 24. C. 31. p. 47, 14 Kramer.: 5, 27; II 3, 7. C. 103. I p. 154, 20: 10, 1; X 2, 11. C. 454. II p. 322, 5: 28; XVI 4, 27. C. 784. III p. 346, 16 et 21: 20 n. 4; Apoll. Soph. p. 39, 25 B.: 46, 23; Philodemi (vol. Hercul. XI f. 176): 8 n. 3; Hesychii: 44, 12; Steph. Byz. p. 473, 12: 32, 1; Eustathii ad *ι* 22: 30 n. 5. 32, 39; ad *λ* 14: 36 n. 6. — schol. Hom. Herodiana H ad *λ* 221: 40, 15 c. n. 6. 18 c. n. 8; schol. HQMR ad *δ* 84: 21 c. n. 2; HQ ad *ι* 22: 30 n. 2; H ad *λ* 14: 37, 41; HBV ad *ν* 104: 32, 14.
- Epaphroditus: 42, 16.
- Eustathius: verba veterum virorum doctorum male tradit: 16. 28 n. 7. 30, 5; bene conservat: 29 n. 2; 3. 44, 11. 45 n. 13. 49 n. 14.
- Heliodorus grammaticus: 28 n. 8. 31, 41.
- Hellanicus *ἰ χωρίζων*: 18, 7.
- Heracleo, Glauci filius, grammaticus: 31, 35. 42, 1. 42, 17.
- Herodianus grammaticus: 15. 21, 22. 22, 14. 28 n. 8. 29 n. 1. 29, 17. 32, 1. 32, 16. 36 n. 1. 36, 12. 37, 1. 40 n. 3. 40 n. 10. 41. 41 n. 8. 42, 20; refutat Cratetem secutus Aristarchum: 23, 7; libros Cratetis ipse in manibus non habuit: 17. 21. 41.
- Lentzii sententia emendatur: 16. 40.
- Lupercus grammaticus: 28 n. 1.
- Philoxenus grammaticus: 29 n. 6. 32, 7. 29, 26 et 32, 14. 30. 32. 32 c. n. 2. 32 n. 1.
- Plinius Cratetem profert: 17 n. 4. 19, 8. 19 n. 6. 36 n. 8.
- Posidonius Rhodius Stoicus: 9, 28. 11, 16. 12, 5. 12, 16. 18, 7. 20, 17 c. n. 3. 33, 22 c. n. 5. 42 n. 6; Gemini auctor: 13 sq. 35, 30; Cratetem affert: 7 c. n. 3. 9, 28. 13, 35. 34, 12. 38, 33; Cratetis sententiam corrigit, non accipit: 9 sq. 18, 25. 35, 24.
- Proteas Zeugmatites: 37, 16 c. n. 2.
- Ptolemaeus Ascalonita grammaticus: 40, 12 c. n. 5. 41, 1.
- Reinhardtii opinio refutatur: 8 n. 3; probatur: 8, 12.
- Strabonis inscitia: 10 sq. 12, 13.
- Theophrastus: 44 n. 8. 45, 6.
- Zeno Stoicus: 18 c. n. 5. 21 c. n. 3.
- Zenodotus Ephesius: 25, 30.